

§ 2.—Titio Stichus legatus post mortem Titii libertatem accepit; et legatum adita hereditate, et libertas post mortem Titii competit. Idemque est, et si moriente Titio liber esse iussus est.

§ 3.—Si tamen Titio ex parte herede instituto servus legatus sit, et post mortem eius liber esse iussus sit, sive adierit hereditatem Titius, sive non adierit, post cuius mortem libertas ei data est, defuncto eo libertas competit.

66. [68.] IDEM libro XVII. *Questionum*.—Maevius fundum mihi ac Titio sub conditione legavit, heres autem eius eundem sub eadem conditione mihi legavit; verendum esse Iulianus ait, ne existente (1) conditione pars eadem ex utroque testamento mihi debeatur. Voluntatis tamen quaestio erit; nam incredibile videtur, id egisse heredem, ut eadem portio bis eidem debeatur; sed verisimile est, de altera parte eum cogitasse. Sane Constitutio Principis, qua placuit, eidem saepe legatum corpus non onerare heredem, ad unum testamentum pertinet. Debitor autem non semper, quod debet, iure legat, sed ita, si plus sit in specie legati; si enim idem sub eadem conditione relinquatur, quod emolumentum legati futurum est?

§ 1.—Duorum testamentis pars fundi, quae Maevii est, Titio legata est; non ineleganter probatum est, ab uno herede soluta parte fundi, quae Maevii fuit, ex alio testamento liberationem obtinere, neque postea parte alienata revocari actionem semel extinctam.

§ 2.—Sed si pars fundi simpliciter, non quae Maevii fuit, legetur, solutio prior non (2) perimit alteram actionem, atque etiam hanc eandem partem aliquo modo suam factam poterit alter heres solvere, namque (3) plures in uno fundo dominium iuris intellectu, non divisione corporis obtinent.

§ 3.—Non idem respondetur, quum duobus testamentis generatim homo legatur; nam qui solvite altero legatarii factus est, quamvis postea sit alienatus, ab altero herede idem solvi non poterit. Eademque ratio stipulationis est; hominis enim legatum orationis compendio singulos homines continet, utque ab initio non consistit in his, qui legatarii fuerunt, ita frustra solvitur, cuius dominium postea legatarius adeptus est, tametsi dominus (4) esse desinit.

§ 4.—In fundo legato si heres sepelierit, aestimatio referenda erit ad totum pretium fundi, quo potuit ante sepulturam aestimari; quare, si fuerit solutus, actionem adhuc ex testamento propter locum alienatum durare, rationis est.

§ 5.—Eum, qui ab uno ex heredibus, qui solus oneratus fuerat, litis aestimationem legatae rei abstulit, postea codicillis apertis ab omnibus heredibus eiusdem rei relictas, dixi, dominium non

§ 2.—Stico, que había sido legado á Ticio, recibió la libertad después de la muerte de Ticio; adida la herencia, compete el legado, y después de la muerte de Ticio, la libertad. Y lo mismo es, también si se mandó que fuese libre al morir Ticio.

§ 3.—Pero si á Ticio, instituido heredero de parte, se le hubiera legado un esclavo, y se hubiera mandado que después de la muerte de aquél fuese libre, ya hubiere adido la herencia Ticio, ya no la hubiere adido, para después de cuya muerte le fué dada á aquél la libertad, fallecido él, compete la libertad.

66. [68.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XVII.*—Mevio nos legó á mí y á Ticio un fundo bajo condición, pero su heredero me lo legó á mí bajo la misma condición; dice Juliano, que se ha de temer, que, cumpliéndose la condición, se me deba la misma parte en virtud de ambos testamentos. Pero la cuestión será sobre la voluntad; porque parece increíble que el heredero haya hecho esto para que á uno mismo se le deba dos veces la misma porción; pero es verosímil que él se haya referido á la otra parte. A la verdad, la Constitución del Príncipe, en que se dispuso que la cosa legada muchas veces á uno mismo no gravaba al heredero, es aplicable á un solo testamento. Mas no siempre el deudor lega válidamente lo que debe, sino en este caso, si importara más la especie del legado; porque si se deja lo mismo bajo la misma condición, ¿qué emolumento ha de resultar del legado?

§ 1.—En los testamentos de dos le fué legada á Ticio la parte de un fundo, que es de Mevio; no sin discreción se aprobó, que entregada por uno de los herederos la parte del fundo, que fué de Mevio, se verifica la liberación respecto al otro testamento, y que, enajenada después la parte, no se renueva la acción una vez extinguida.

§ 2.—Pero si se legara simplemente una parte del fundo, no la que fué de Mevio, la entrega primera no extingue la otra acción, y también podrá el otro heredero entregar esta misma parte que en algún modo se hizo suya, porque muchos obtienen el dominio en un solo fundo por inteligencia del derecho, no por división de la cosa.

§ 3.—No se responderá lo mismo cuando en dos testamentos se legue en general un esclavo; porque si alguno, entregándolo uno, se hizo del legatario, aunque después haya sido enajenado, no podrá él mismo ser entregado por el otro heredero. Y la misma razón hay respecto de la estipulación; porque el legado de un esclavo comprende en cláusula abreviada á cada uno de los esclavos, y así como no subsiste desde el principio respecto á los que fueron del legatario, así es entregado inútilmente aquel cuyo dominio adquirió después el legatario, aunque dejó de ser dueño.

§ 4.—Si el heredero hubiere dado sepultura á alguien en el fundo legado, la estimación se habrá de referir al total precio del fundo, en que pudo ser estimado antes del enterramiento; por lo cual, si hubiere sido entregado, es de razón que subsista todavía la acción nacida del testamento, por causa del lugar enajenado.

§ 5.—Yo dije, que el que recibió de uno de los herederos, que solo había sido gravado, la estimación del litigio de la cosa legada, no adquiría, abiertos después los codicilos, el dominio de la misma cosa

(1) *Taur. al márgen; existente, en el texto.*
(2) non, *omitela Hal.*

(3) *Hal.; (neque), Taur.; neque, conjetura Br.*
(4) *postea, inserta la Vulg.*

quaerere; eum enim, qui pluribus speciebus iuris uteretur, non saepius eandem rem eidem legare, sed loqui saepius.

§ 6.—Fundo legato si ususfructus alienus sit, nihilominus petendus est ab herede; ususfructus enim, etsi in iure, non in parte consistit, emolumentum tamen rei continet. Enimvero fundo relicto ob reliquas praestationes, quae legatum sequuntur, agetur, verbi gratia si fundus pignori datus, vel aliena possessio sit. Non idem placuit de ceteris servitutibus. Sin autem res mea legetur mihi, legatum propter (1) istas causas non valebit.

§ 7.—A municipibus heredibus scriptis detracto usufructu legari proprietates potest, quia non utendi possunt usufructum amittere.

67. [69.] IDEM libro XIX. *Quaestionum*.—(2) Unum ex familia propter fideicommissum a se, quum moreretur, relictum, heres eligere debet; ei, quem elegit, frustra testamento suo legat, quod, posteaquam electus est, ex alio testamento petere potest. Utrum ergo non consistit (3), quod datur, quasi creditor relicto, an, quamdiu potest mutari voluntas, non recte creditori comparabitur? Sive tamen duret (4) electio, fuisse videtur creditor, sive mutetur, ex neutro testamento petitio competit.

§ 1.—Si (5) Falcidia quaeratur, perinde omnia servabuntur, ac si nominatim ei, qui postea electus est, primo testamento fideicommissum relictum fuisset; non enim facultas necessariae electionis propriae liberalitatis beneficium est; quid est enim, quod de suo videatur reliquisse, qui, quod reliquit omnimodo reddere debuit?

§ 2.—Itaque si, quum forte tres ex familia essent eius, qui fideicommissum reliquit, eodem, vel dispari gradu, satis erit, uni reliquisse; nam postquam paritum est voluntati, ceteri conditione deficient.

§ 3.—Sed si uno ex familia herede instituto ille fundus extraneo relictus est, perinde fideicommissum ex illo testamento petetur, ac si nemo de familia heredi heres extitisset, verum is, qui heres scriptus est, ratione doli exceptionis ceteris fideicommissum petentibus facere partem intelligitur; nam quae ratio ceteros admittit, eadem tacitam inducit pensionem.

§ 4.—Si duos de familia non aequis portionibus heredes scripserit, et partem, forte quartam, extero eiusdem fundi legaverit, pro his quidem portionibus, quas iure hereditario retinent, fideicommissum non petetur, non magis, quam si alteri fundum praelegasset; pro altera vero parte, quae in extero collata est, virilem, qui sunt de familia, petent, admissa propter heredes virilium portionum pensionem.

§ 5.—Sed et si fundum heres uni ex familia reliquerit, eiusque fidei commiserit, ut eum extero restituat, quaesitum est, an hoc fideicommissum

dejada á cargo de todos los herederos; porque el que usase de muchas formas de derecho, no le legaba muchas veces á uno mismo la misma cosa, sino que hablaba repitiéndose.

§ 6.—Si, legado un fundo, fuera de otro el usufruto, ha de pedirsele, sin embargo, al heredero; porque el usufruto, aunque consiste en un derecho, y no en una parte, comprende, sin embargo, el aprovechamiento de la cosa. Porque, á la verdad, dejado un fundo por causa de las demás prestaciones, que siguen al legado, se ejercitará la acción, por ejemplo, si el fundo hubiera sido dado en prenda, ó si fuera de otro la posesión. No se determinó lo mismo respecto á las demás servidumbres. Pero si se me legase una cosa mia, no será válido el legado por estas causas.

§ 7.—Se puede legar la propiedad, deducido el usufruto, á cargo de los individuos de un municipio instituidos herederos, porque por el no uso pueden perder el usufruto.

67. [69.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XIX*.—El heredero debe elegir á uno de la familia por causa del fideicomiso dejado á su cargo para cuando muera; y á este que eligió, inútilmente le lega en su testamento lo que después que fué elegido puede pedir por el otro testamento. Luego ¿no es válido lo que se dá, cual si se hubiere dejado á un acreedor, ó no se le comparará bien con un acreedor, mientras puede cambiarse la voluntad? Sin embargo, si subsistiese la elección, se considera que fué acreedor, y si se cambiase, no compete acción para pedir por ninguno de los dos testamentos.

§ 1.—Si se tratase de la Falcidia, todo se observará lo mismo que si nominalmente se le hubiese dejado en el primer testamento el fideicomiso al que después fué elegido; porque la facultad de una elección necesaria no es beneficio de propia liberalidad; porque ¿qué hay que parezca que dejó de lo suyo el que de todos modos debió restituir lo que dejó?

§ 2.—Y así, si acaso hubiese tres en la familia del que dejó el fideicomiso, en el mismo, ó en diferente grado, bastará haberlo dejado á uno solo; porque después que se dió cumplimiento á la voluntad, los demás están excluidos de la condición.

§ 3.—Pero si, instituido heredero uno de la familia, aquel fundo fué dejado á un extraño, se pedirá en virtud de aquel testamento el fideicomiso, lo mismo que si nadie de la familia hubiese quedado heredero del heredero, pero se entiende que el que fué instituido heredero hace parte con los demás que piden el fideicomiso por razón de la excepción de dolo; porque la misma razón que admite á los demás, induce á una tácita compensación.

§ 4.—Si hubiere instituido herederos en partes desiguales á dos de la familia, y hubiere legado á un extraño una parte, acaso la cuarta, del mismo fundo, no se pedirá el fideicomiso, ciertamente respecto á las porciones que retienen por derecho de herencia, no de otra suerte, que si á otro le hubiese prelegado el fundo; pero en cuanto á la otra parte, que fué conferida á un extraño, pedirán una porción viril los que sean de la familia, habiéndose admitido la compensación de las personas viriles por causa de los herederos.

§ 5.—Pero también si el heredero hubiere dejado el fundo á uno solo de la familia, y hubiere encomendado á su fé que lo restituya á un extraño,

(1) praeter, Hal.

(2) Si, antepone Hal.

(3) Según nuestra enmienda; constitit, el código Fl.

(4) Hal.; durat, el código Fl.

(5) de, inserta la Vulg.

peti possit. Dixi, ita demum peti posse, si fundi pretium efficiat (1). Sed si quidem ille prior testator ita fideicommissum reliquisset: «rogo, fundum cui voles, aut quibus voles ex familia, relinquo,» rem in expedito fore; quodsi talia verba fuissent: «peto, non fundus de familia exeat,» heredis heredem propter sequens fideicommissum, quod in exterum collatum est, oneratum intelligi, petitoris deinceps ceteris ex primo testamento fideicommissum, post mortem videlicet eius, qui primo electus est.

§ 6.—Et ideo si electo uno fideicommissum in exterum non conferatur, non alias ei, qui electus est, fideicommissum praestandum erit, quam interpositis cautionibus, fundum, quum morietur, si non in familia cum effectu relinqueretur, restitui.

§ 7.—«Rogo, fundum, quum morieris, restituas ex libertis cui voles;» quod ad verba attinet, ipsius erit electio, nec petere quisquam poterit, quamdiu praeferrí alius potest; defuncto eo, priusquam eligat, petent omnes. Itaque eveniet, ut, quod uni datum est, vivis pluribus unus petere non possit, sed omnes petant, quod non omnibus datum est, et ita demum petere possit unus, si solus moriente eo superfuit.

§ 8.—Si rem tuam, quam existimabam meam, te herede instituto, Titio legem, non est Neratii; Priscientiae, nec Constitutioni locus, qua cavetur, non cogendum praestare legatum heredem; nam succursum est heredibus, ne cogentur redimere, quod testator suum existimans reliquit; sunt enim magis in legandis suis rebus, quam in alienis comparandis et ouerandis heredibus faciliores voluntates, quod in hac specie non evenit, quum (2) dominium rei sit apud heredem.

§ 9.—Si omissa fideicommissi verba sint, et cetera, quae leguntur, cum his, quae scribi debuerant, congruant, recte datum, et minus scriptum exemplo institutionis legatorumque intelligitur; quam sententiam optimus quoque Imperator noster Severus secutus est.

§ 10.—Item Marcus Imperator rescripsit, verba, quibus testator ita caverat, non dubitare se, quodcunque uxor eius (3) cepisset, liberis suis reddituram, pro fideicommissis accipienda. Quod Rescriptum summam habet utilitatem, ne scilicet honor bene transacti matrimonii, fides etiam communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre praesumserat; et ideo Princeps providentissimus et iuris religiosissimus, quum fideicommissi verba cessare animadverteret, eum sermonem pro fideicommissis rescripsit accipiendum.

68. [70.] PAULUS libro XI. *Quaestionum*.—Sequens quaestio est, an etiam, quae vivus per donationem in uxorem contulit, in fideicommissi petitionem veniant. Respondi, ea extra causam bono-

(1) si praeterea tantundem si relictum esset, quod fundi pretium efficeret., *Hab.*

(2) *Taur.* según corrección del código Fl.; quam, la escritura original, *Br.*

se preguntó si se podrá pedir este fideicomiso. Dije, que solamente se puede pedir de este modo, si importase el precio del fundo. Pero si verdaderamente el primer testador hubiese dejado así el fideicomiso: «te ruego que dejes el fundo á quien quieras, ó á quienes quieras de la familia,» la cosa no ofrecerá duda; pero si las palabras hubiesen sido estas: «pido que el fundo no salga de la familia,» se entiende que el heredero del heredero quedó gravado por causa del siguiente fideicomiso, que se dejó para un extraño, debiendo de pedir después los demás el fideicomiso en virtud del primer testamento, por supuesto, después de la muerte del que fué elegido en primer lugar.

§ 6.—Y por lo tanto, si elegido uno no se le confiriese el fideicomiso á un extraño, no se le habrá de dar el fideicomiso al que fué elegido, sino habiendo interpuesto cauciones de que cuando muera restituirá el fundo, si no se dejase efectivamente en la familia.

§ 7.—«Te ruego, que cuando mueras restituyas el fundo al que quieras de los libertos;» por lo que atañe á las palabras, la elección será de él mismo, y nadie podrá pedir mientras otro puede ser preferido; y fallecido este antes que elija, pedirán todos. Y así sucederá, que lo que se le dió á uno solo no podrá pedirlo otro viviendo muchos, sino que todos pedirán lo que no se les dió á todos, y así solamente podrá pedir uno, si solo él sobrevivió al morir aquel.

§ 8.—Si yo legara á Ticio, habiéndote instituido heredero, una cosa tuya, que yo creía que era mía, no ha lugar ni al dictámen de Neracio Prisco, ni á la Constitución en que se dispone que no se ha de obligar al heredero á entregar el legado; porque se auxilió á los herederos, para que no fuesen obligados á comprar lo que el testador dejó, creyendo que era suyo; porque son más fáciles las voluntades para legar cosas propias, que para comprar las ajenas y gravar á los herederos, lo que no sucede en este caso, cuando el dominio de la cosa esté en el heredero.

§ 9.—Si se hubieran omitido las palabras del fideicomiso, y las demás que se leen fueran congruentes con las que se habían debido escribir, se entenderá, que se dió regularmente, y que se escribió menos, á la manera que en la institución y en los legados; cuyo dictámen siguió también nuestro óptimo Emperador Severo.

§ 10.—Asimismo respondió por rescripto el Emperador Marco, que las palabras con que el testador había declarado, que él no dudaba que su mujer restituirá á sus hijos todo lo que ella hubiese adquirido, han de ser consideradas como fideicomiso. Cuyo Rescripto tiene suma utilidad, á saber, para que el honor del matrimonio que se llevó bien, y la confianza de los hijos comunes, no defrauden al padre, que habla presumido mejor de la madre; y por lo tanto, el Príncipe, muy previsor y muy observador del derecho, advirtiendo que faltaban las palabras del fideicomiso, resolvió por rescripto que aquellas expresiones debían ser consideradas como fideicomiso.

68. [70.] PAULO; *Quaestiones*, libro XI.—Hay la siguiente cuestión, si también se comprenderán en la petición del fideicomiso las cosas que en vida le dió el marido á la mujer por donación. Respon-

(3) heres instituta, inserta la *Vulg.*

rum defuncti computari debere, et propterea fideicommissum non contineri, quia ea habitura esset etiam alio herede existente. Plane nominatim maritus uxoris fidei committere potest, ut et ea restituat.

69. [71.] PAPINIANUS libro XIX. *Quaestionum*. — «Peto, Luci Titi, contentus sis centum aureis;» fideicommissum valere placuit, idque rescriptum est. Quid ergo, si, quum heredem ex parte instituisset, ita locutus est: «peto, pro parte tua contentus sis, Luci Titi, centum aureis—?» Petere poterunt coheredes partem hereditatis, retinente sive praecipiente, quo contentum esse voluit defunctus. Sine dubio facilius est hoc probare, quam probari potuit illud, quum ibi fideicommissum petatur ab his, cum quibus testator non est locutus (1). Idem dicemus, si, quum ex asse scripsisset heredem, eius gratia, qui legitimus heres futurus esset, ita loquatur: «peto, pro hereditate, quam tibi reliqui, quae ad fratrem meum iure legitimo rediret, contentus sis centum aureis.»

§ 1.—Praedium, quod nomine familiae relinquatur, si non voluntaria (2) facta sit alienatio, sed bona heredis veneant, tamdiu emtor retinere debet (3), quamdiu debitor haberet bonis non venditis, post mortem eius non habiturus, quod exter heres praestare cogere.

§ 2.—Mater, filio impubere herede instituto, tutorem eidem adscripsit, eiusque fidei commisit, ut, si filius suus intra quatuordecim annos decessisset, restitueret hereditatem Sempronio; non ideo minus fideicommissum recte datum intelligi debet, quia tutorem dare mater non potuit. Nam etsi pater non iure facto testamento tutoris fidei commiserit, aequè praestabitur, quemadmodum si iure testamentum factum fuisset (4); sufficit enim, ut ab impubere datum fideicommissum videatur, ab eo dari, quem is, qui dabat, tutorem dederat, vel etiam tutorem fore arbitrabatur. Idem in curatore impuberis, vel minoris annis debet probari; nec interest, tutor recte datus vivo patre moriatur, vel aliquo privilegio excusetur, vel tutor esse non possit propter aetatem, cui tutor fuerat datus; quibus certe casibus fideicommissum non intercidit, quod a pupillo datum videtur. Hac denique ratione placuit, a tutore, qui nihil accepit, fideicommissum pupillo relinqui non posse, quoniam, quod ab eo relinquatur extero, non ipsius proprio, sed pupilli iure debeatur.

§ 3.—Fratre herede instituto petiit (5), ne domus alienaretur, sed ut in familia relinqueretur; si non paruerit heres voluntati, sed domum alienaverit, vel extero herede instituto decesserit, omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerunt. Quid ergo, si non sint eiusdem gradus? Ita res temperari debet, ut proximus quisque primo loco videatur

di, que estas debian computarse fuera de la categoria de bienes del difunto, y que por lo tanto no se comprendian en el fideicomiso, porque ella las habria de tener aun siendo otro el heredero. Pero el marido puede encomendar especialmente á la fé de la mujer, que también las restituya.

69. [71.] PAPINIANO; *Cuestiones, libro XIX.* — «Te pido, Lucio Ticio, que te contentes con cien aureos;» se determinó, que esto valiese como fideicomiso, y así se respondió por rescripto. ¿Qué se dirá, pues, si, habiéndolo instituido heredero de una parte, se expresó así: «te pido, Lucio Ticio, que por tu parte te contentes con cien aureos»—? Que los coherederos podrán pedir la parte de la herencia, reteniendo ó tomando antes aquello con que quiso el difunto que se contentase. Sin duda es más fácil aprobar esto, que no que pudo aprobarse aquello, porque en aquel caso se pide el fideicomiso á aquellos con quienes no habló el testador. Lo mismo diremos, si, habiendo instituido heredero del as, hablara así respecto del que hubiese de haber sido heredero legítimo: «te pido, que por la herencia que te dejé, la cual iría por legitimo derecho á mi hermano, te contentes con cien aureos.»

§ 1.—Si no se hubiera hecho una enajenación voluntaria, sino que fuesen vendidos los bienes del heredero, el comprador debe retener el predio, que se deja en nombre de la familia, tanto tiempo cuanto el deudor lo tendria no habiendo sido vendidos los bienes, no habiendo de tener después de la muerte de este lo que el heredero extraño sería obligado á entregar.

§ 2.—Una madre, habiendo instituido heredero á un hijo impubere, le nombró tutor al mismo, y encomendó á su fidelidad, que, si su hijo hubiese fallecido dentro de sus catorce años, le restituyese la herencia á Sempronio; no porque la madre no pudo nombrar el tutor se debe entender que no se dió válidamente el fideicomiso. Porque aunque el padre hubiere dejado un fideicomiso no habiendo hecho legalmente el testamento, se entregará igualmente, como si en derecho hubiese sido hecho el testamento; porque basta, para que se considere que el fideicomiso fué dado á cargo del impubere, que se dé por aquel á quien el que lo daba lo habia nombrado tutor, ó aun que crea que habia de ser tutor. Lo mismo se debe aprobar respecto al curador de un impubere, ó de un menor de edad; y no importa, que el tutor regularmente nombrado muera viviendo el padre, ó se excuse por algún privilegio, ó que por razón de edad no pueda ser tutor de aquel para quien habia sido nombrado tutor; en cuyos casos ciertamente no se extingue el fideicomiso, que se considera dado á cargo del pupilo. Finalmente, por esta razón se determinó, que no se le puede dejar al pupilo un fideicomiso á cargo del tutor, que nada recibió, porque lo que á su cargo se le deja á un extraño no se debe por derecho propio de él mismo, sino del pupilo.

§ 3.—Habiendo unó instituido heredero á su hermano, le pidió que no enajenase una casa, sino que la dejase en la familia; si el heredero no hubiere obedecido á lo mandado, sino que hubiere enajenado la casa, ó hubiere fallecido habiendo instituido heredero á un extraño, pedirán el fideicomiso todos los que hubiere en la familia. ¿Qué se dirá, pues,

(1) *Taur. según la escritura original; non est testator locutus, corrección del código Fl., Br.*

(2) *Taur. según corrección del código Fl.; voluntariae, la escritura original, Br.*

(3) *potest, Hal. Vulg.*

(4) *Taur. según la escritura original; fuisset factum testamentum, corrección del código Fl., Br.*

(5) *Hal. Vulg.; petit, el código Fl.*

invitatus; nec tamen ideo sequentium causa propter superiores in posterum laedi debet, sed ita proximus quisque admittendus est, si paratus sit cavere, se familiae domum restitutum. Quodsi cautio non fuerit (1) ab eo, qui primo loco admissus est, desiderata, nulla quidem eo nomine nascetur conditio, sed si domus ad exterum quandoque pervenerit, fideicommissi petitio familiae competit; cautionem autem ratione doli mali exceptionis puto iuste desiderari, quamvis nemo alius ulterior ex familia supersit.

§ 4.—Si quidam sint postea emancipati, tractari potest, an hi quoque recte fideicommissum petant; et puto recte petituros, quoniam familiae appellationem personae quoque hae demonstratae intelliguntur.

70. [72.] IDEM libro XX. *Questionum*.—Imperator Antoninus rescripsit, legatarium, si nihil ex legato accepit, ei, cui debet fideicommissum, actionibus suis posse cedere, nec id cogendum solvere. Quid ergo, si non totum, sed partem legati relictum restituere rogatus, abstinuit eo, utrum actionibus suis in totum cogatur cedere, an vero non nisi ad eam quantitatem, quae fideicommissum continetur? Quod ratio suadet. Sed et si legatum percepit, non amplius ex causa fideicommissi cogendus erit solvere, quam recepit.

§ 1.—Si centum legatis duplum restituere rogatus sit, ad summam legati videbitur constituisse. Si autem post tempus fideicommissum relictum sit, usurarum duntaxat additamentum admittetur, nec mutanda sententia erit, quod forte legato percepto magnum emolumentum ex aliquo negotio consecutus est, aut poenam stipulationis imminuentem evasit. Haec ita, si quantitas cum quantitate conferatur; enimvero si pecunia accepta rogatus sit, rem propriam, quainquam maioris pretii est (2), restituere, non est audiendus legatarius, legato percepto si velit computare; non enim aequitas hoc probare patitur, si, quod legatorum nomine perceperit, legatarius offerat.

§ 2.—Quum quidam filio suo ex parte herede instituto patrum eius coheredem ei dedisset, et ab eo petiisset, ut filium suum pro virili portione filiis suis coheredem faceret, si quidem minus esset in virili portione, quam fratris hereditas habuit, nihil amplius peti posse; quodsi plus, etiam fructuum, quos patruus percepit vel, quum percipere potuerit, dolo non cepit, habendam esse rationem, responsum est; non secus, quam si centum (millibus) (3) legatis rogetur, post tempus maiorem quantitatem restituere.

§ 3.—Quum autem rogatus, quidquid ex hereditate supererit, post mortem suam restituere, de

si no fueran del mismo grado? El caso se debe acomodar de modo, que se considere invitado en primer lugar cada uno de los que estén próximos; pero no por esto se debe lesionar para lo futuro por causa de los que estén más próximos el derecho de los que siguen, sino que cada uno de los que estén próximos ha de ser admitido de este modo, si estuviera dispuesto á dar caución de que él restituirá la casa á la familia. Pero si no se le hubiere pedido caución al que fué admitido en primer lugar, no nacerá ciertamente por este motivo ninguna acción de condición, sino que si la casa fuere en algún caso á poder de un extraño, le compete á la familia la petición del fideicomiso; pero opino que con justicia se reclama la caución por razón de la excepción de dolo malo, aunque de la familia no quede otro ninguno más lejano.

§ 4.—Si algunos hubieran sido después emancipados, se puede discutir si también estos pedirán con derecho el fideicomiso; y opino que lo pedirán con derecho, porque con la denominación de familia se entienden designadas también estas personas.

70. [72.] EL MISMO; *Questiones, libro XX*.—El Emperador Antonino respondió por rescripto, que el legatario, si no recibió nada por razón del legado, puede cederle sus acciones á aquel á quien le debe el fideicomiso, y que no ha de ser obligado á pagarlo. ¿Qué se dirá, pues, si habiéndosele rogado que restituya, no la totalidad, sino parte del legado dejado, se abstuvo de él, será acaso obligado á cederle en su totalidad sus acciones, ó solamente hasta la cantidad que se contuviese en el fideicomiso? Esto aconseja la razón. Pero aun si hubiere percibido el legado, no habrá de ser obligado á pagar por causa del fideicomiso más de lo que recibió.

§ 1.—Si habiéndosele legado ciento á uno se le hubiera rogado que restituyese el duplo, se considerará que dispuso hasta la suma del legado. Mas si el fideicomiso hubiera sido dejado para después de cierto tiempo, se admitirá solamente el aumento de los intereses, y no se habrá de cambiar de opinión, porque acaso haya conseguido, percibido el legado, una grande ganancia por algún negocio, ó se haya librado de la inminente pena de la estipulación. Esto así, si una cantidad se compensa con la otra cantidad; porque si á uno se le hubiera rogado, que, habiendo recibido el dinero, restituyese una cosa propia, aunque es de mayor precio, no ha de ser oído el legatario, si, percibido el legado, quisiera compensarlo; porque la equidad no consiente que se apruebe esto, si el legatario ofreciese lo que hubiere percibido á título de legados.

§ 2.—Habiendo uno, instituido heredero de parte su hijo, dado á éste como coheredero á su tío paterno, y habiéndole pedido á éste que hiciese coheredero de sus propios hijos á su hijo por una porción viril, si verdaderamente hubiese en la porción viril menos de lo que importó la herencia del hermano, no se puede pedir nada más; pero si más, se respondió, que se ha de tener cuenta también de los frutos que percibió el tío paterno, ó que, habiéndolos podido percibir, no percibió por dolo; no de otra suerte, que si habiéndose legado cien mil, se rogara que después de cierto tiempo restituyese mayor cantidad.

§ 3.—Mas cuando aquel á quien se rogó que después de su muerte restituyese lo que quedare de la

(1) *Taur.* según la escritura original; fuit, corrección del códice Fl., Br.

(2) *maiore pretio aestimaretur, Hal.*

(3) *Br.; Taur. omite el paréntesis.*

pretio rerum venditarum alias comparat, deminuisse, quae vendidit, non videtur;

71. [73.] IDEM libro VIII. *Responsorum*.—sed quod inde comparatum est, vice permutati domini restitueretur.

72. [74.] IDEM libro XX. *Quaestionum*.—Idem servandum erit, et si proprios creditores ex ea pecunia dimiserit; non enim absumitur, quod in corpore patrimonii retinetur.

73. [75.] IDEM libro XXIII. (1) *Quaestionum*.—Si, quod ex Pamphila nasceretur, legatum mihi fuerit, et ego Pamphilam emam, eaque apud me sit enixa, ratione summa responsum est, non ex causa lucrativa partum intelligi meum factum; ideoque petendum ex testamento, tanquam istum emissem, ut scilicet pretii contributione facta consequar tantum, quanti puerum deducta matris aestimatione constituisse mihi, index in causa legati datus aestimaverit.

74. [76.] IDEM libro XXVII. *Quaestionum*.—«Titio centum aureos heres praesens (2) dato,» deinde protulit diem legatorum; non est verum, quod Alfenus retulit, centum praesenti deberi, quia diem proprium habuerunt.

75. [77.] IDEM libro VI. *Responsorum*.—Miles ad sororem epistolam, quam post mortem suam aperiri mandavit, talem scripsit: «scire te volo, donare me tibi aureos octingentos;» fideicommissum deberi sorori constitit, nec aliud probandum in cuiuslibet suprema voluntate; placet enim consistere fideicommissum, et (3) si defunctus cum eo loquatur, quem precario remuneratur.

§ 1.—Pro parte heres institutus, cui praeceptiones erant relictae, post diem legatorum cedentem, ante aditam hereditatem vita decessit; partem hereditatis ad coheredes substitutos pertinere placuit, praeceptionum autem portiones, quae pro parte coheredum constiterunt, ad heredes eius transmitti.

76. [78.] IDEM libro VII. *Responsorum*.—Quum filius divisus (4) tribunalibus actionem inofficiosi testamenti matris pertulisset, atque ita variae sententiae iudicium extitissent, heredem, qui filium vicerat, pro partibus, quas aliis coheredibus abstulit filius, non habiturum praeceptiones sibi datas, non magis, quam ceteros legatarios actiones, constitit; sed libertates ex testamento competere placuit, quum pro parte filius de testamento matris litigasset. Quod non erit trahendum ad servitutes, quae pro parte minui non possunt; plane petetur integra servitus ab eo, qui filium vicit, partis autem aestimatio praestabitur (5), aut, si paratus

herencia, compra otras con el precio de las cosas vendidas, no se considera que disminuyó las que vendió;

71. [73.] EL MISMO; *Respuestas, libro VIII*.—sino que se restituirá por vía de dominio permutado lo que se compró con aquel.

72. [74.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XX*.—Lo mismo se habrá de observar, también si con este dinero hubiere pagado á sus propios acreedores; porque no se consume lo que se retiene en el cuerpo del patrimonio.

73. [75.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXIII*.—Si se me hubiere legado lo que naciere de Pánfila, y yo comprase á Pánfila, y esta hubiera dado á luz en mi poder, se respondió con muchísima razón, que no se entiende que el parto se hizo mio por causa lucrativa; y que por lo tanto, se ha de pedir en virtud del testamento, como si yo lo hubiese comprado, á saber, para que, hecho cómputo del precio, yo consiga tanto cuanto el juez nombrado para la causa del legado hubiere estimado que me costó el niño nacido, deducida la estimación de su madre.

74. [76.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXVII*.—«Déle de presente mi heredero cien aureos á Titio,» y después prorogó el término de los legados; no es verdad, lo que dijo Alfenos, que se deban de presente los ciento, porque tuvieron término propio.

75. [77.] EL MISMO; *Respuestas, libro VI*.—Un militar escribió á su hermana esta carta, que mandó se abriese después de su muerte: «quiero que sepas que te dono ochocientos aureos;» es cierto que se le debe el fideicomiso á la hermana, y que no se ha de admitir otra cosa, tratándose de la última voluntad de cualquier persona; porque está determinado que sea válido el fideicomiso, también si el difunto no hablase con aquel á quien remunerar con un precario.

§ 1.—El heredero instituido de una parte, á quien se le habían dejado legados previos, falleció antes de haber sido adida la herencia, después de correr el término de los legados; se determinó que les pertenecía á los coherederos substitutos la parte de la herencia, pero que se transmitían á los herederos del mismo las porciones de los legados previos, que subsistieron con arreglo á la porción de los coherederos.

76. [78.] EL MISMO; *Respuestas, libro VII*.—Habiendo intentado un hijo la acción de testamento inoficioso de su madre ante distintos tribunales, y habiendo de este modo diversas sentencias de los jueces, se resolvió que el heredero, que había vendido al hijo, no habrá de tener los legados previos que se le dieron, con arreglo á las partes que el hijo les quitó á los otros coherederos, así como tampoco los demás legatarios las acciones; pero se determinó, que competían en virtud del testamento las libertades, porque el hijo había litigado respecto á una parte sobre el testamento de su madre. Lo que no se habrá de extender á las servidumbres,

(1) *Taur. según corrección del códice Fl.; XX., la escritura original, Br.*

(2) *praesenti, Hal.; praesenti die, la Vulg.*

(3) *La escritura original, Br.; ac, Taur. según corrección del códice Fl.*

(4) *diversis, la Vulg.*

(5) *Taur. al margen; praestituitur, en el texto.*

erit filius, pretio accepto servitatem praebere (1), doli summovebitur exceptione legatarius, si non offerat partis aestimationem, exemplo scilicet legis Falcidiae.

§ 1.—«Lucio Sempronio lego omnem hereditatem Publii Maevii;» Sempronius ea demum onera suscipiet, quae Maevianae hereditatis fuerunt, et in diem mortis eius, qui heres Maevii extitit, perseveraverunt, sicut vice mutua praestabuntur actiones, quae praestari potuerunt.

§ 2.—Dominus herede fructuario scripto fundum sub conditione legavit; voluntatis ratio non patitur, ut heres ex causa fructus emolumentum retineat; diversum in ceteris praediorum servitutibus, quas heres habuit, responsum est, quoniam fructus portionis instar obtinet.

§ 3.—«Heres meus Titio dato, quod ex testamento Sempronii debetur mihi;» quum iure novationis, quam legatarius, idemque testator ante fecerat, legatum ex testamento non debeatur, placuit, falsam demonstrationem legatario non obesse, nec in totum falsum videri, quod veritatis primordium adiuvaretur (2).

§ 4.—Servus pure manumissus, cui libertas propter impedimentum iuris post aditam hereditatem non competit, quod status eius extrinsecus suspenditur, forte propter adulterii quaestionem, ex eodem testamento neque legata, neque fideicommissa pure data separare potest, quia dies inutiliter cedit.

§ 5.—Pater cum filia pro semisse herede instituta sic testamento locutus fuerat: «peto, quum morieris, licet alios quoque filios susceperis, Sempronio nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei;» necessitas quidem restituendi nepotibus viriles partes praecedere videbatur, sed moderandae portionis, quam maiorem in unius nepotis personam conferri voluit, arbitrium filiae datum (3).

§ 6.—Non iure tutori dato mater legavit; si consentiat, ut decreto Praetoris confirmetur, et Praetor non idoneum existimet, actio legati non denegabitur.

§ 7.—Qui Mucianam cautionem alicuius non faciendi causa interposuit, si postea fecerit, fructus quoque legatorum, quos principio promitti necesse est, restituere debet.

§ 8.—Variis actionibus legatorum simul legatarius uti non potest, quia legatum datum in partes dividi non potest; non enim ea mente datum est legatariis pluribus actionibus uti, sed ut laxior iis agendi facultas sit, ex una interim, quae fuerat electa, legatum petere.

§ 9.—Repetendorum legatorum facultas ex eo testamento solutorum danda est, quod irritum esse post defuncti memoriam damnatam apparuit, modo

las cuales no se pueden disminuir en parte; pero se le pedirá íntegra la servidumbre al que venció al hijo, mas se pagará la estimación de la parte, ó, si el hijo estuviera dispuesto á prestar la servidumbre habiendo recibido el precio, será repelido el legatario con la excepción de dolo, si no ofreciera la estimación de la parte, por supuesto, á la manera de la ley Falcidia.

§ 1.—«Lego á Lucio Sempronio toda la herencia de Publio Mevio;» Sempronio asumirá solamente aquellas cargas que fueron de la herencia de Mevio, y que subsistieron hasta el día de la muerte del que quedó heredero de Mevio, así como recíprocamente se prestarán las acciones, que pudieron prestarse.

§ 2.—Un dueño, habiendo instituido heredero al usufructuario, legó un fundo bajo condición; la razón de su voluntad no consiente que el heredero retenga aprovechamiento por causa del usufruto; lo contrario se respondió respecto á las demás servidumbres de los predios, que tuvo el heredero, porque el usufruto hace veces de porción.

§ 3.—«Déle á Ticio mi heredero lo que se me debe por el testamento de Sempronio;» como por derecho de la novación, que el legatario y el mismo testador habian hecho antes, no se debe el legado en virtud del testamento, se determinó que la falsa demostración no le perjudicaba al legatario, y que no se consideraba falso en su totalidad lo que estuviese favorecido por un principio de verdad.

§ 4.—Manumitido puramente un esclavo, á quien por impedimento del derecho no le compete la libertad después de adida la herencia, porque por causa extrínseca está en suspenso su estado, acaso por cuestión de adulterio, no puede separar ni los legados, ni los fideicomisos dados puramente en virtud del mismo testamento, porque corre inútilmente el término.

§ 5.—Un padre, habiendo instituido á su hija heredera de la mitad, se expresó así en el testamento: «te pido, que cuando mueras, aunque además hayas tenido otros hijos, le des más á mi nieto Sempronio en honor de mi nombre;» se consideraba que precedía ciertamente la necesidad de entregarle á los nietos sus porciones viriles, pero que se le dió á la hija la facultad de determinar la porción mayor que quiso se concediese á la persona de una de los nietos.

§ 6.—La madre hizo un legado al tutor no nombrado legalmente; si consintiera que fuese confirmado por decreto del Pretor, y el Pretor no lo estimase idóneo, no se denegará la acción de legado.

§ 7.—El que interpuso la caución Muciana por causa de no hacer alguna cosa, si después la hubiere hecho, debe restituir también los frutos de los legados, que es necesario se prometan al principio.

§ 8.—El legatario no puede utilizar simultáneamente varias acciones de legados, porque no se puede dividir en partes el legado dado; pues no se les concedió con esta intención á los legatarios que utilizarán varias acciones, sino que, para que tuvieran más amplia facultad para reclamar, pidieran el legado mientras tanto en virtud de aquella que habia sido elegida.

§ 9.—Se ha de dar la facultad de repetir los legados pagados en virtud de un testamento, que después de condenada la memoria del difunto apa-

(1) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; praevare, la escritura original, *Br.*

(2) *Taur.*; adiuvaretur, el código *Fl.*, *Br.*

(3) *Taur.* según la escritura original; datur, corrección del código *Fl.*, *Br.*

si iam (1) legatis solutis crimen perduellionis illatum est.

77. [79.] IDEM libro VIII. *Responsorum*.—Quum pater filios eorumque matrem heredes instituisset, ita scripsit: «peto a te, filia, ut acceptis ex hereditate mea in portionem tuam centum aureis et praedio Tusculano, partem hereditatis restituas matri tuae;» respondi, praedium quidem hereditarium iudicio divisionis de communi filiam habituram, pecuniam autem de parte sua retenturam.

§ 1.—Eorum, quibus mortis causa donatum est, fidei committi quoquo tempore potest; quod fideicommissum heredes (2) salva Falcidiae ratione, quam in his quoque donationibus exemplo legatorum locum habere placuit, praestabunt. Si pars donationis fideicommissa teneatur, fideicommissum quoque munere Falcidiae fungetur; si tamen alimenta praestari voluit, collationis totum onus in residuo donationis esse, respondendum erit ex defuncti voluntate, qui de maiore pecunia praestari non dubie voluit integra.

§ 2.—Mater filiis suis vulgo conceptis, dotem suam mortis causa donando stipulari permisit; quum aliis heredibus institutis petiisset a filiis, viro dotem restitui, totum viro fideicommissum dotis deberi, si Falcidiae ratio non intervenerit, ideo retentionem dotis virum habere placuit; alioquin Falcidiae partem heredibus, a filiis ex stipulatu cum viro agentibus, ex dote esse per in factum actionem reddendam.

§ 3.—Surdo et muto, qui legatum accipit, ut, quum morietur, restituat, recte mandatur; nam et ignorantes adstringuntur fideicommissa, quibus ignorantibus emolumentum ex testamento quaeritur.

§ 4.—Hereditatem filius, quum moreretur, filiis suis, vel cui ex his voluisset, restituere fuerat rogatus; quo interea in insulam deportato eligendi facultatem non esse poena peremptam placuit, nec fideicommissi conditionem ante mortem filii heredis existere, viriles autem inter eos fieri, qui eo tempore vixerint, quum de aliis eligendi potestas non fuerit.

§ 5.—Qui dotale praedium contra legem Iuliam vendidit, uxori legatum dedit, et emptoris fidei comisit, ut amplius ei pretium restituat; emptorem fideicommissi non teneri constabat; si tamen accepto legato mulier venditionem irritam faceret, eam oblato pretio doli placuit exceptione summo-
moveri.

§ 6.—Maevio debitori suo reus stipulandi mandavit, ut Titio, cui mortis causa donabat, pecuniam debitam solveret. Quum sciens, dominum

reció que era irrito, pero esto, si la acusación de lesa majestad se ha formulado habiendo sido ya pagados los legados.

77. [79.] EL MISMO; *Respuestas, libro VIII*.—Un padre, habiendo instituido herederos á sus hijos y á la madre de estos, escribió así: «te pido, hija, que recibiendo de mi herencia para tu porción cien aureos y el predio Tusculano, le restituyas á tu madre la parte de la herencia;» respondí, que en el juicio de división habrá de obtener ciertamente la hija el predio de la herencia de la masa común, pero que el dinero lo retendrá de su porción.

§ 1.—Á aquellos á quienes se les hizo una donación por causa de muerte se les puede encomendar un fideicomiso en cualquier tiempo; cuyo fideicomiso entregarán los herederos quedando salva la cuenta de la Falcidia, que se determinó que á la manera que en los legados tuviera lugar también en estas donaciones. Si en el fideicomiso se comprendiera una parte de la donación, también el fideicomiso soportará la carga de la Falcidia; pero si quiso que se prestasen alimentos, se habrá de responder, que toda la carga de la colación queda en el residuo de la donación en virtud de la voluntad del difunto, que sin duda quiso que se prestasen integros de la cantidad mayor.

§ 2.—Una madre les permitió á sus hijos concebidos del vulgo que estipularan su dote donándosela por causa de muerte; como habiendo instituido otros herederos les hubiese pedido á los hijos que restituyeran la dote á su marido, se determinó que se le debe al marido todo el fideicomiso de la dote, si no mediaré la cuenta de la Falcidia, y que por esto el marido tenía el derecho de retención de la dote; en otro caso, se les ha de restituir á los herederos mediante la acción por el hecho respecto á la dote la parte de la Falcidia por los hijos que ejerciten contra el marido la acción de lo estipulado.

§ 3.—Perfectamente se le encomienda al sordo y al mudo, que recibió un legado, que lo restituya cuando muera; porque aun los que lo ignoran quedan obligados á un fideicomiso, si para aquellos que lo ignoran se adquiere utilidad en virtud del testamento.

§ 4.—Se le había rogado á un hijo, que cuando muriese restituyera la herencia á sus hijos, ó al que de ellos hubiese querido; se determinó, que, habiendo sido deportado aquel á una isla en el tiempo intermedio, no se extinguió por la pena la facultad de elegir, y que no se cumplía la condición del fideicomiso antes de la muerte del hijo heredero, pero que se hacen porciones viriles entre los que vivieren en este tiempo, cuando ya no hubiere facultad de elegir entre otros.

§ 5.—Uno que vendió un predio dotal contraviendo á la ley Julia, dió un legado á su mujer, y encomendó á la fidelidad del comprador, que le restituyese el exceso del precio; era sabido que el comprador del fideicomiso no quedaba obligado; pero si, habiendo aceptado el legado, la mujer hiciera irrita la venta, se determinó, que, habiéndose ofrecido el precio, fuese ella repelida con la excepción de dolo.

§ 6.—Un estipulante le mandó á su deudor Mevio que le pagase á Ticio, á quien hacía donación por causa de muerte, la cantidad debida. Si sabien-

(1) *Taur. al margen; a, en el texto.*

(2) *haeredi scilicet salva, Hal.*

vita decessisse, Maevius pecuniam dedisset, non esse liberationem secutam, constitit; nec, si Maevius solvendo non esset, in Titium actionem solidi, vel iure Falcidia dandam esse, quia mortis causa cepisse non videretur. Diversum probandum foret, si Maevius ignorans, dominum vita decessisse, pecuniam errore lapsus dedisset; tunc enim portio iure Falcidia revocaretur.

§ 7.—Quum pater fideicommissum praediorum ex testamento matris filiae deberet, eandem pro parte ita heredem instituit, ut hereditatem fideicommissis compensaret, eademque praedia filio exheredato dati voluit; quamquam filia patris hereditatem suscipere nolisset, fideicommissum tamen ab heredibus esse filio praestandum, ad quos hereditatis portio, quam accepit filia, redierat, placuit; quodsi alium filiae substituisset, eum oportere filio (1) fideicommissum reddere.

§ 8.—Evictis praediis, quae pater, qui se dominum esse crediderit, verbis fideicommissi filio reliquit, nulla cum fratribus et coheredibus actio erit; si tamen inter filios divisionem fecit, arbiter coniectura voluntatis non patietur, eum partes coheredibus praelegatas restituere, nisi parati fuerint et ipsi patris iudicium fratri conservare (2).

§ 9.—Pater certam pecuniam exheredatae filiae verbis fideicommissi reliquit, eamque nupturae dotis nomine dari voluit filio dotem stipulante; quum filius minorem dotem dedisset, superfluum esse filiae reddendum constabat. Divortio quoque secuto fideicommissum filiam recte petituram, ut actio stipulationis sibi praestaretur, quoniam verisimile non erat, patrem interponi stipulationem voluisse, quo filia post primas nuptias indotata constitueretur; ceterum si postea nuberet, ad secundas nuptias cautionem extendi non oportere.

§ 10.—A filia pater petierat, ut, cui vellet ex liberis suis, praedia, quum moreretur, restitueret, uni ex liberis praedia fideicommissi viva donavit; non esse electionem propter incertum diem fideicommissi certae donationis videbatur; nam in eum destinatio dirigi potest (3), qui fideicommissum inter ceteros habiturus est, remota matris electione.

§ 11.—«Fidei heredum meorum committo, ne fundum Tusculanum alienent, et ne de familia nominis mei exeant; secundum voluntatem eos quoque invitatos intelligendum est, quibus heredes extranei fideicommissam libertatem reddiderunt.

§ 12.—«Fidei tuae committo, uxor, ut des, ut restituas filiae meae, quum morieris, quidquid ad te quoquo nomine de bonis meis pervenerit; etiam ea, quae postea codicillis uxori dedit, fideicommissis continebuntur; nam ordo scripturae non impedit causam iuris ac voluntatis, sed dos praelega-

do que el señor había muerto, Mevio hubiese dado el dinero, fué constante que no se siguiera la liberación; y si Mevio no fuese solvente, no se ha de dar contra Ticio la acción por la totalidad, ó por derecho de la Falcidia, porque no se consideraría que adquirió por causa de muerte. Lo contrario se habría de admitir, si ignorando Mevio que el señor había fallecido, hubiese dado engañado por error el dinero; porque entonces se revocaría la porción por derecho de la Falcidia.

§ 7.—Debiéndole un padre á su hija por el testamento de la madre el fideicomiso de unos predios, la instituyó á ella misma heredera de una parte, de manera que compensase la herencia con el fideicomiso, y quiso que se le diesen los mismos predios á un hijo desheredado; se determinó, que aunque la hija no hubiese querido aceptar la herencia de su padre, se le había de entregar, sin embargo, al hijo el fideicomiso por los herederos, á quienes había vuelto la porción de la herencia, que recibió la hija; pero que si hubiese substituído otro á la hija, convenía que éste le entregase al hijo el fideicomiso.

§ 8.—Habiéndose hecho evicción de los predios que el padre, que hubiere creído que él era dueño, dejó á su hijo con palabras de fideicomiso, no tendrá acción alguna contra sus hermanos y coherederos; pero si hizo división entre los hijos, no consentirá el árbitro, por conjetura de la voluntad, que él restituya á los coherederos las partes legadas previamente, á no ser que ellos mismos estuvieren dispuestos á mantener á favor del hermano la disposición del padre.

§ 9.—Un padre le dejó á una hija desheredada cierta cantidad con palabras de fideicomiso, y quiso que se le diese á ella á título de dote, para que se casase, estipulando el hijo la dote; habiendo dado el hijo una dote menor, era evidente que se le había de entregar á la hija lo restante. Habiéndose seguido también el divorcio, con razón pedirá la hija el fideicomiso, para que se le ceda la acción de la estipulación, porque no era verosímil que el padre hubiese querido que se interpusiera estipulación para que su hija quedase indotada después de las primeras nupcias; pero si se casara después, no debe extenderse la caución á las segundas nupcias.

§ 10.—Un padre le había pedido á su hija, que cuando muriese restituyese unos predios al que quisiera de sus hijos, y ella en vida le donó los predios del fideicomiso á uno de los hijos; parecía que no había la elección de una donación cierta, por ser incierto el día del fideicomiso; porque la destinación se puede dirigir á aquel, que entre los demás ha de tener el fideicomiso, desestimada la elección de la madre.

§ 11.—«Encomiendo á la fidelidad de mis herederos, que no enajenen el fundo Tusculano, y que no salga de la familia de mi nombre;» conforme á la voluntad, se ha de entender que fueron invitados también aquellos á quienes los herederos extraneos les dieron la libertad dejada por fideicomiso.

§ 12.—«Encomiendo, mujer, á tu fidelidad, que le des y le restituyas á mi hija, cuando mueras, todo lo que de mis bienes hubiere ido á tu poder por cualquier título;» se comprenderán en el fideicomiso también las cosas que después le dió á la mujer en codicilos; porque el orden de la escritura no im-

(1) filiae, Hal.

(2) Hal. Vulg.; conservari, et código Fl.

(3) nam in unum etiamnum destinatio dirigi potuit, Hal

ta (1) retinebitur, quoniam reddi potius videtur, quam dari.

§ 13.—«Volo praedia dari libertis meis; quodsi quis eorum sine liberis vita decesserit, partes eorum ad reliquos pertinere volo»; collibertum patris eundemque filium ex voluntate substitutionem excludere, placuit.

§ 14.—Curatoris suis frustra fidei commisisse videbatur, ut heredi fratri negotiorum gestorum rationem redderet; quamquam igitur testamento cautum esset, ut, quam ad statum suum frater pervenisset, ei demum solveretur, tamen sub curatore alio fratrem agentem, recte placuit, actionem inferre, quum illis verbis fratri potius consultum videretur, quam solutio, quae iuste fieri potuit, dilata.

§ 15.—Ab instituto extraneo praedia libertis, quum moreretur, verbis fideicommissi reliquerat, et petierat, ne ex nomine familiae alienarentur; substitutum ea praedia debere ex defuncti voluntate, respondi, sed utrum confestim, an sub eadem conditione, voluntatis esse quaestionem; sed conjectura ex voluntate testatoris capienda mors instituti exspectanda est.

§ 16.—Mensae negotium ex causa fideicommissi cum indemnitate heredum per cautionem susceptum emtioni simile videtur, et ideo non erit quaerendum, an plus (2) in aere alieno sit, quam in quaestu.

§ 17.—Pater filiae mancipia, quae nubenti dedit, verbis fideicommissi praestari voluit; partus susceptos, etsi matres ante testamentum mortuae fuissent, ex causa fideicommissi praestandos respondi; nec aliud in uxore confirmatis donationibus pridem observatum est.

§ 18.—Hereditatem post mortem suam rogati restituere nominum periculo, quae per divisionem obtigerunt, inter coheredes interpositis delegationibus non adstringuntur, non magis, quam praediorum, quum permutatio rerum discernens communionem intervenit (3).

§ 19.—«Filia mea praecipiat sibi que habeat, volo, rem matris suae»; fructus, quos medio tempore pater percipit (4), nec in separato habuit, sed absumsit, vel in suum patrimonium convertit, non videntur filiae relictis.

§ 20.—«Dulcissimis fratribus meis, avunculis autem tuis, quaecunque mihi supersunt in Pamphilia, Lycia (5), vel ubicunque de maternis bonis, concedi volo, ne quam cum his controversiam habeas»; omnia corpora maternae hereditatis, quae in eadem causa dominii manserunt, ad voluntatem fideicommissi pertinent. Ex iisdem igitur facultatibus percepta pecunia, et in corpus proprii patrimonii versa, item iure divisionis res propriae factae non praestabuntur, quum discordiis propin-

pide la causa del derecho y de la voluntad, sino que se retendrá la dote prelegada, porque más bien se considera que se devuelve, que no que se da.

§ 13.—«Quiero que se den los predios á mis libertos; pero si alguno de ellos hubiere fallecido sin hijos, quiero que sus porciones les pertenezcan á los demás»; se determinó, que el coliberto del padre, y al mismo tiempo hijo, excluía la substitución en virtud de la voluntad de aquel.

§ 14.—Se consideraba que inútilmente encomendó á la fidelidad de su curador, que al hermano heredero le rindiese cuenta de los negocios administrados; así, pues, aunque en el testamento se hubiese dispuesto que solamente se le pagase cuando su hermano hubiese llegado á su mayor edad, sin embargo, con razón se determinó, que el hermano que estaba bajo otro curador promoviera la acción, porque se consideraba que con aquellas palabras más bien se miró por el hermano, que no que se dificultó el pago, que pudo hacerse justamente.

§ 15.—A cargo de un extraño instituido heredero había dejado uno con palabras de fideicomiso unos predios á los libertos, cuando aquel muriese, y le había pedido que no fuesen enajenados de la familia; respondi, que el substituto debía aquellos predios por la voluntad del testador, pero que respecto á la voluntad había la duda si desde luego, ó bajo la misma condición; pero por conjetura, que se ha de deducir de la voluntad del testador, se ha de esperar á la muerte del instituido.

§ 16.—La negociación de una mesa de cambio, aceptada por causa de fideicomiso mediante caución con indemnización á los herederos, es considerada semejante á una compra, y por lo tanto, no se habrá de investigar si hay más deudas que ganancias.

§ 17.—Un padre quiso con palabras de fideicomiso, que se entregasen á su hija los esclavos que le dió al casarse ella; respondi, que por causa del fideicomiso se debían entregar los partos dados á luz, aunque las madres hubiesen muerto antes del testamento; y no se observó hace tiempo otra cosa respecto á la mujer, habiendo sido confirmadas las donaciones.

§ 18.—Aquellos á quienes se les rogó que después de su muerte restituyeran la herencia no están sujetos, habiéndose interpuesto delegaciones entre los coherederos, al riesgo de los créditos que les tocaron por la división, no de otra suerte, que al de los predios, cuando medió la permuta de cosas que deshace la comunidad.

§ 19.—«Quiero que mi hija tome previamente y tenga para sí los bienes de su madre»; no se consideran dejados á la hija los frutos que el padre percibió en el tiempo intermedio, y que no tuvo con separación, sino que consumió, ó aplicó á su patrimonio.

§ 20.—«Quiero que se conceda á mis carísimos hermanos, pero tíos maternos tuyos, todo lo que me resta en Pamphilia y en Licia, ó en otra cualquier parte, de los bienes de mi madre, para que no tengas controversia alguna con ellos»; todos los bienes de la herencia materna, que permanecieron en el mismo estado de dominio, están comprendidos en la voluntad del fideicomiso. Así, pues, no se pagarán de estos mismos bienes las cantidades percibidas, ó invertidas en cosas del propio patri-

(1) relegata, Hal.

(2) Taur.; amplius, el código Fl., Br.; amplius, Hal.

(3) Según corrección del código Fl.; interveniet, la escritura original, Br.

(4) Hal. Vulg.; percipiet, el código Fl.

(5) Syria, la Vulg.

quorum sedandis prospexerit, quas materia communionis solet excitare.

§ 21.—Pater pluribus filiis heredibus institutis moriens claves et anulum, custodiae causa, maiori natu filiae tradidit, et libertum eidem filiae, qui praesens erat, res, quas sub cura sua habuit, assignare iussit; commune filiorum negotium gestum intelligebatur, nec ob eam rem apud arbitrum divisionis praecipuam causam filiae fore.

§ 22.—Quum imperfecta scriptura invenitur, ita demum verbum legati vel fideicommissi, quod praecedit, vel sequitur, ad communionem assumitur, si dicto scriptum congruat.

§ 23.—Filius matrem heredem scripserat, et fideicommissa tabulis data cum iurisiurandi religione praestari rogaverat, quum testamentum nullo iure factum esset; nihilominus matrem legitimam heredem cogendam praestare fideicommissa, respondi, nam enixae voluntatis preces ad omnem successione speciem prorectae videbantur.

§ 24.—«Mando filiae meae pro salute sollicitus ipsius, ut, quoad liberos tollat, testamentum non faciat; ita enim poterit sine periculo vivere»; fideicommissariam hereditatem sorori coheredi non videri relictam, apparuit, quod non de pecunia sua testari, sed obtentu consilii derogare iuri, testamentum fieri prohibendo, voluit (1).

§ 25.—«Rogo, filia, bona tua quandoque distribuas liberis tuis, ut quisque de te meruerit»; videtur omnibus liberis, etsi non aequaliter promeruerint, fideicommissum relictum; quibus matris electione cessante sufficere, si non offenderint, eos autem, quos mater elegerit, fore potiores, si soli promeruisent, existimavi; quodsi neminem elegerit, eos solos non admitti, qui offenderunt.

§ 26.—Donationis praediorum epistolam ignorante filio mater in aede sacra verbis fideicommissi non subnixam deposuit, et literas tales ad aedium misit: «instrumentum voluntatis meae post mortem meam filio meo tradi volo»; quum pluribus heredibus intestato diem suum obiisset, intelligi fideicommissum filio relictum, respondi; non enim quaeri oportet, cum quo de supremis quis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur (2).

§ 27.—Libertis praedium reliquit, ac petiit (3), ne id alienarent, utque in familia libertorum tenerent. Si excepto uno ceteri partes suas vendiderint, qui non vendidit, ceterorum partes, quibus non dedit alienandi voluntatem, integras petet; eos enim ad fideicommissum videtur invitasse, qui iudicio paruerunt, alioquin perabsurdum erit, vice mutua petitionem induci, scilicet ut ab altero partem alienatam quis petat, quum partem suam alienando perdidit. Sed hoc ita procedere potest, si pariter alienaverint; ceterum prout quisque prior alienaverit, partem posterioribus non faciet, qui

monio, así como tampoco las cosas hechas propias por derecho de división, porque el testador atendió á calmar las discordias de los parientes, que suelen excitar los bienes en común.

§ 21.—Un padre, habiendo instituido herederos á varios hijos, entregó al morir á su hija mayor las llaves y el anillo, para que los guardase, y mandó á un liberto, que estaba presente, que le entregase á la misma hija las cosas que tuvo á su cuidado; se entendía, que se administró el negocio común de los hijos, y que por esto no habia de ser preferente ante el árbitro de la división la causa de la hija.

§ 22.—Cuando se halla imperfecta la escritura, la palabra de legado ó de fideicomiso, que precede, ó sigue, es aplicable á todo lo común, solamente si lo escrito fuese congruente con lo dicho.

§ 23.—Un hijo habia instituido heredera á su madre, y le habia rogado que bajo el sagrado de juramento entregase los fideicomisos dados en el testamento, no habiendo sido hecho el testamento con arreglo á derecho; respondi, que, no obstante, la madre heredera legitima debia de ser obligada á entregar los fideicomisos, porque las súplicas de una voluntad resuelta se consideraban extendidas á toda clase de sucesión.

§ 24.—«Le mando á mi hija, solicito por la salud de la misma, que no haga testamento hasta que tenga hijos; porque así podrá vivir sin peligro»; se vió que no parecia que se le habia dejado á la hermana coheredera la herencia fideicomisaria, porque, prohibiendo que se hiciera testamento, quiso no testar de su propio caudal, sino contravenir al derecho, so pretexto de un consejo.

§ 25.—«Te ruego, hija mia, que en algún tiempo les distribuyas tus bienes á tus hijos, según cada uno de ellos hubiere merecido de tí»; se considera, que á todos los hijos se les dejó el fideicomiso, aunque no lo hayan merecido igualmente; á los cuales les bastará, no habiendo elección de la madre, que no la hayan ofendido, pero estimé, que los que la madre hubiere elegido habrán de ser preferidos, si solo ellos hubiesen sido merecedores; pero si no hubiere elegido á ninguno, solamente no son admitidos los que la ofendieron.

§ 26.—Una madre depositó en un edificio sagrado, ignorándolo el hijo, una carta de donación de predios, no robustecida con palabras de fideicomiso, y envió al guardián del templo esta carta: «quiero que se le entregue á mi hijo el instrumento de mi voluntad después de mi muerte»; habiendo fallecido intestada con muchos herederos, respondi, que se entiende que se le dejó al hijo un fideicomiso; porque no debe investigarse con quién habla uno de sus últimas voluntades, sino á quién se dirige la intención de la voluntad.

§ 27.—Dejó un predio á los libertos, y pidió que no lo enajenasen, y que lo retuviesen en la familia de los libertos. Si excepto uno los demás hubieren vendido sus partes, el que no la vendió pedirá integras las partes de los demás, á quienes no les dió consentimiento para enajenarlas; porque se considera que invitó al fideicomiso á los que obedecieron á su disposición, pues de otra suerte será muy absurdo, que reciprocamente se deduzca petición, esto es, que uno le pida al otro la parte enajenada, cuando enajenándola hubiere perdido su parte. Pero esto puede ser así procedente, si jun-

(1) prohibendo, noluit., Hal.

(2) Según corrección del código Fl.; dirigetur, la escritura original, Br.

(3) Hal.; petit., el código Fl.

vero tardius vendidit, ei, qui non vendidit, in superiorum partibus fecisse partem intelligitur; at si nemo vendiderit, et novissimus sine liberis vita decesserit, fideicommissi petitio non supererit.

§ 28.—Quum inter libertos ad praedii legatum liberta quoque fuisset admissa, quod patronus petiit (1), ut de nomine familiae non exiret, heredem libertae filium partem praedii, quam mater accepit, retinere visum est.

§ 29.—Quum existimaret ad solam consobrinam suam bona perventura, codicillis ad eam (2) factis pluribus fideicommissa reliquerat; iure successione ad duos eiusdem gradus possessione devoluta rationibus aequitatis et perpetui Edicti exemplo pro parte dimidia mulierem relevandam respondi, sed libertates ab ea praestandas, quas interciderere damni causa durum videbatur.

§ 30.—Pater, qui filio semissem dederat, et sororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: «fili, contentus eris pro tuo semisse aureis ducentis, et vos, filiae, pro vestris quadrantibus centenis aureis»; vice mutua liberis fideicommissum hereditatis reliquisse non videbatur, sed aestimationem, ut a parentibus frugi fieri solet, patrimonii sui fecisse, nec idcirco fratrem iudicio tutelae bonae fidei rationes quandoque praescriptione demonstratae quantitatis exclusurum.

§ 31.—Titio fratri suo Maevius hereditatem Seii, a quo heres institutus erat, post mortem suam restituere rogatus, eodem Titio herede scripto, petiit (3), ut moriens Titius tam suam, quam Seii hereditatem Sempronio restitueret; quum ex fructibus medio tempore perceptis fideicommissi debitam quantitatem Titius percepisset, aeris alieni loco non esse deducendum fideicommissum respondi, quoniam ratione compensationis percepisse debitum videbatur. Plane si ea lege Maevius Titium heredem instituat, ne fideicommissum ex testamento Seii retineat, Falcidiam compensationi sufficere, sed iniquitatem (4) occurrere; prudentius autem fecerit, si ex testamento fratris hereditatem repudiaverit, et intestati possessionem acceperit; nec videbitur dolo fecisse, quum fraudem excluserit.

§ 32.—«A te peto, marite, si quid liberorum habueris, illis praedia relinquant, vel si non habueris, tuis, sive meis propinquis, aut etiam libertis nostris»; non esse datam electionem, sed ordinem scripturae factum substitutioni, respondi.

§ 33.—Vicos civitati relictos, qui proprios fines habebant, ex causa fideicommissi non ideo minus debere placuit, quod testator fines eorum significaturum, et certaminis formam, quam celebrari

tamente las hubieren enajenado; pero según cada cual la hubiera enajenado primero, no formará parte con los posteriores, y el que la vendió más tarde, se entiende que formó parte en las porciones de los anteriores con el que no la vendió; mas si ninguno la hubiere vendido, y el último hubiere fallecido sin hijos, no subsistirá la petición del fideicomiso.

§ 28.—Cuando entre los libertos hubiese sido admitida al legado de un predio también una liberta, porque el patrono pidió que no saliese del nombre de la familia, se consideró que el hijo heredero de la liberta retenía la parte del predio, que su madre recibió.

§ 29.—Juzgando que los bienes habían de ir solamente á su prima, habiendo hecho para ella codicilos, les había dejado fideicomisos á muchos; respondi, que habiéndose dado la posesión por derecho de sucesión á dos del mismo grado, se había de relevar á la mujer en cuanto á la mitad por razones de equidad y á la manera del Edicto perpetuo, pero que debían ser dadas por ella las libertades, las cuales parecía duro que se invalidáran por causa del daño.

§ 30.—Un padre, que le había dado á su hijo la mitad de la herencia, y los dos cuartos á las hermanas impúberas de este, á las cuales les dió el hermano como tutor, se había expresado así: «hijo, te contentarás con doscientos aureos por tu mitad de la herencia, y vosotras, hijas, con cien aureos por vuestras cuartas partes»; no se consideraba que les había dejado recíprocamente á sus hijos el fideicomiso de la herencia, sino que, como suele hacerse por padres prudentes, hizo la estimación de su patrimonio, ni que por esto el hermano se admirara en algún caso, por la prescripción de la cantidad designada, de las cuentas en el juicio de buena fé de la tutela.

§ 31.—Mevio, á quien se le rogó que después de su muerte le restituyera á su hermano Ticio la herencia de Seyo, por quien había sido instituido heredero, habiendo instituido heredero al mismo Ticio, pidió que Ticio al morir le restituyese á Sempronio tanto su propia herencia, como la de Seyo; habiendo cobrado Ticio con los frutos percibidos en el tiempo intermedio la cantidad debida por el fideicomiso, respondi, que el fideicomiso no se ha de deducir en calidad de deuda, porque se consideraba que percibió lo debido por razón de compensación. Pero si Mevio instituyese heredero á Ticio, con la condición de que no retenga el fideicomiso en virtud del testamento de Seyo, bastaría la Falcidia para la compensación, pero se cometería una injusticia; pero obrará con más prudencia, si repudiare la herencia del hermano proveniente del testamento, y recibiere la posesión del intestado; y no se considerará que obró con dolo, habiendo evitado el fraude.

§ 32.—«Te pido, marido, que si tuvieres hijos, les dejes los predios, ó que si no los tuvieres, se los dejes á tus parientes ó á los míos, ó aun á nuestros libertos»; respondi, que no se ha de dar la elección, sino que el orden de la escritura se hizo para la substitución.

§ 33.—Se determinó, que las villas dejadas á una ciudad, que tenían límites propios, no dejaban de deberse por causa de fideicomiso, porque el testador prometió que designaría sus límites, y que en

(1) Hal.; petiit, el código Fl.

(2) Taur. al margen; ab ea, en el texto.

(3) Véanse las notas 2. de la página 538., y 1. de esta.

(4) Hal. Vulg.; iniquitate, el código Fl.

singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promisit, ac postea morte praeventus non fecit.

78. [80.] IDEM libro IX. *Responsorum*.—Qui solidum fideicommissum frustra petebat herede Falcidiam obiciente, si partem interim solvi sibi desideraverit, neque acceperit, in ea (1) moram passus intelligitur.

§ 1.—Quum post mortem emtoris venditionem Reipublicae praediorum optimus maximusque Princeps noster Severus Augustus rescindi heredibus pretio restituto iussisset, de pecunia legatario, cui praedium emtor ex ea possessione legaverat, coniectura voluntatis pro modo aestimationis partem solvendam esse respondi.

§ 2.—Etiam Respublica fideicommissi post moram usuras praestare cogitur, sed damnum, si quod ex ea re fuerit secutum, ab his sarcendum erit, qui post dictam sententiam iudicatum solvere supersederunt. Nec aliud servabitur in litis sumtibus, si ratio litigandi non fuit; ignaviam etenim praetendentes audiri non oportere; quod in tutoribus quoque probatur.

§ 3.—Praedium pater de familia liberorum alienari verbis fideicommissi prohibuit; supremus ex liberis, qui fideicommissum petere potuit, non idcirco minus actionem in bonis suis reliquisse visus est, quod heredem extrarium (2) sine liberis decedens habuit.

§ 4.—Si creditor ab eo, qui testamentum fecit, domum acceptam iure pignoris vendidit, contra emtorem fideicommissi causa, tametsi voluntatem defuncti non ignoravit, nihil decernetur.

79. [81.] IDEM libro XI. *Responsorum*.—Quae fideicommissa moriens libertis viri debuit, eorundem praediorum suis quoque libertis fructum reliquit, iuris ignoracione lapsi, qui petere praedia ex mariti testamento debuerunt, secundum fideicommissum inter ceteros longo tempore perceperunt; non ideo peremptam videri petitionem prioris fideicommissi constitit.

80. [82.] IDEM libro I. *Definitionum*.—Legatum ita dominium rei legatarii facit, ut hereditas heredis res singulas; quod eo pertinet, ut, si pure res relicta sit, et legatarius non repudiavit defuncti voluntatem, recta via dominium, quod hereditatis fuit, ad legatarium trauseat, nunquam factum heredis.

81. [83.] PAULUS libro IX. *Quaestionum*.—Si quis testamento facto a filiis suis, quos heredes instituisset, fideicommissa reliquisset, non ut a legitimis heredibus, sed ut a scriptis, et testamentum aliquo casu irritum factum sit, filii ab intestato venientes fideicommissa ex testamento praestare compelli non possunt.

(1) Hal.; eam, el código Fl.

(2) Taur. según la escritura original; extraneum, corrección del código Fl., Br.

otra escritura declarararía la forma del certamen, que quiso se celebrase cada año, y después no lo hizo sorprendido por la muerte.

78. [80.] EL MISMO; *Respuestas*, libro IX.—Se entiende que el que pedía todo el fideicomiso inútilmente por oponerle el heredero la Falcidia, si hubiere pretendido que mientras tanto se le entregue una parte, y no la hubiere recibido, sufrió moras respecto á ella.

§ 1.—Habiendo mandado nuestro óptimo y máximo Principe Severo Augusto, que después de la muerte del comprador se rescindiese la venta de los predios de la República habiéndose restituido el precio á los herederos, respondi, que del dinero se le ha de pagar al legatario, á quien el comprador le había legado un predio en virtud de esta posesión, una parte con arreglo á la estimación, por conjetura de la voluntad.

§ 2.—También la República es obligada á pagar después de la mora los intereses del fideicomiso, pero el daño, si alguno se hubiere seguido de esto, deberá ser resarcido por los que después de pronunciada la sentencia retardaron pagar lo juzgado. Y no se observará otra cosa respecto á los gastos de litigio, si no hubo razón para litigar; porque no conviene que se oiga á los que alegan su negligencia; lo que se aprueba también respecto á los tutores.

§ 3.—Un padre prohibió con palabras de fideicomiso que un predio saliese de la familia de sus hijos; no se consideró que el último de los hijos, que pudo pedir el fideicomiso, no dejó la acción en sus propios bienes por esto, porque falleciendo sin hijos tuvo por heredero á un extraño.

§ 4.—Si el acreedor vendió por derecho de prenda la casa que recibió del que hizo el testamento, nada se decreta por causa del fideicomiso contra el comprador, aunque no haya ignorado la voluntad del difunto.

79. [81.] EL MISMO; *Respuestas*, libro XI.—Una que al morir debió fideicomisos á los libertos de su marido, dejó también á sus propios libertos el fruto de los mismos predios, y engañados por su ignorancia del derecho, los que debieron pedir los predios en virtud del testamento del marido, percibieron entre los demás por largo tiempo el segundo fideicomiso; fué constante, que no por esto se consideraba extinguida la petición del primer fideicomiso.

80. [82.] EL MISMO; *Definiciones*, libro I.—El legado hace del legatario el dominio de la cosa, así como la herencia hace del heredero cada una de las cosas; de lo cual resulta, que, si la cosa hubiera sido dejada puramente, y el legatario no repudió la voluntad del difunto, el dominio, que fué de la herencia, pasa directamente al legatario, sin haberse hecho nunca del heredero.

81. [83.] PAULO; *Cuestiones*, libro IX.—Si alguno, habiendo hecho testamento, hubiese dejado fideicomisos á cargo de sus hijos, á los cuales los hubiese instituido herederos, no como á cargo de herederos legítimos, sino de herederos instituidos, y el testamento se hubiera hecho irritado por alguna circunstancia, los hijos que suceden abintestato no pueden ser compelidos á entregar los fideicomisos en fuerza del testamento.

82. [84.] *Idem libro X. Quaestionum.*—Debitor decem legavit creditori, quae (1) ei post annum sub pignore debebat; non, ut quidam putant, medii temporis tantum commodum ex testamento debetur, sed tota decem peti possunt. Nec tollitur petitio, si interim annus supervenerit, nam sufficit, quod utiliter dies cessit. Quodsi vivo testatore annus superveniat, dicendum erit, inutile effici legatum, quamquam constiterit ab initio. Sic et in dote praelegata (2) responsum est, totam eam ex testamento peti posse. Alioquin secundum illam sententiam, si interusurium tantum est in legato, quid dicemus, si fundus legatus sit ex die debitus—nam nec pecunia peti potest, quae non est legata, nec pars fundi facile inveniretur, quae possit pro commodo peti—?

§ 1.—Si primo, et secundo, et tertio heredibus institutis, sic legata dentur: «si mihi primus heres non erit, secundus Titio decem dato; si secundus mihi heres non erit, primus Seio fundum Tusculanum dato», utrisque omittentibus hereditatem, primo et secundo, quaerebatur, substituti, quos iis dederat, an, et cui legata praestare debent? Ab utroque substituto legata debentur.

§ 2.—Servo alieno posse rem domini legari, Valens scribit; item id, quod domino eius pure debetur, quum enim servo alieno aliquid in testamento damus, domini persona ad hoc tantum inspicitur, ut sit cum eo testamenti factio; ceterum ex persona servi constitit legatum. Et ideo rectissime Iulianus definit, id demum servo alieno legari posse, quod ipse liber factus capere posset; calumniosa est enim illa adnotatio, posse legari servo et quamdiu serviat, nam et hoc legatum ex persona servi vires accipit. Alioquin et illud adnotaremus, esse quosdam servos, qui, licet libertatem consequi non possint, attamen legatum et hereditatem possunt acquirere domino. Ex illo igitur praecepto, quod dicimus, servi inspicere personam in testamentis, dictum est, servo hereditario legari posse. Ita non mirum, si res domini, et quod ei debetur, servo eius pure legari possit, quamvis domino eius non possent haec utiliter legari.

83. [85.] *Idem libro XI. Quaestionum.*—Latinus Largus: proxime ex facto incidit species talis: libertinus patronum ex semisse heredem instituit, et filiam suam ex alio semisse; fidei commisit filiae, ut quibusdam ancillis patroni restitueret, quum hae manumissae essent; et si eadem filia heres non esset, substituit ei easdem ancillas; quoniam filia non voluit heres existere ancillae iussu domini, id est patroni (3), adierunt defuncti hereditatem; post aliquantum temporis ab eo manumissae quaerebant, an fideicommissum petere ab eodem patrono

82. [84.] EL MISMO; *Cuestiones, libro X.*—Un deudor le legó á su acreedor los diez que le debía pagar bajo prenda después de un año; en virtud del testamento no se debe, como opinan algunos, solamente el beneficio del tiempo intermedio, sino que se pueden pedir integros los diez. Y no se pierde la acción para pedirlos, si mientras tanto transcurriere el año, porque basta que el término haya corrido útilmente. Pero si el año transcurriere viviendo el testador, se habrá de decir, que se hace inútil el legado, aunque haya sido válido al principio. Así se respondió también respecto á la dote prelegada, que toda ella podía ser pedida en virtud del testamento. De otra suerte, conforme á aquella opinión, si en el legado se comprenden solamente los intereses del tiempo intermedio, ¿qué diremos, si hubiera sido legado un fundo debido desde cierto día—porque ni se puede pedir el dinero, que no se legó, ni fácilmente se hallaría una parte del fundo, que se pudiera pedir por las utilidades—?

§ 1.—Si instituidos primero, segundo, y tercer herederos, se dieran así legados: «si el primero no fuere mi heredero, déle el segundo diez á Ticio; si el segundo no fuere mi heredero, déle el primero el fundo Tusculano á Seyo,» dejando de aceptar ambos la herencia, el primero y el segundo, se preguntaba, ¿los substitutos, que á ellos les habia nombrado, deberán pagar los legados, y á quién? Los legados se deberán por ambos substitutos.

§ 2.—Escribe Valente, que á un esclavo ajeno se le puede legar una casa de su señor; y también lo que puramente se le debe á su señor, porque cuando á un esclavo ajeno le damos alguna cosa en el testamento, se atiende á la persona del señor solamente para esto, para si hay con él testamentifacción; por lo demás, el legado fué válido por razón de la persona del esclavo. Y por esto definió perfectísimamente Juliano, que al esclavo ajeno se le puede legar solamente lo que él mismo, hecho libre, podría adquirir; porque es viciosa aquella observación, que se le puede legar á un esclavo también mientras sea esclavo, pues también este legado recibe su fuerza de la persona del esclavo. De otra suerte también anotarios, que hay algunos esclavos, que, aunque no puedan conseguir la libertad, pueden, sin embargo, adquirir para su señor un legado y una herencia. Así, pues, en virtud de aquel precepto, que decimos, de que en los testamentos se mira á la persona del esclavo, se dijo que se le pueden hacer legados á un esclavo de la herencia. Así no es de extrañar, si una cosa del señor, y lo que á este se le debe, se le puede legar á un esclavo de él, aunque estas cosas no se le puedan legar útilmente á su señor.

83. [85.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XI.*—Dice Latino Largo: hace poco que de un hecho se originó el siguiente caso: un libertino instituyó á su patrono heredero de la mitad de la herencia, y á su hija de la otra mitad; encomendó á la fidelidad de la hija, que la restituyese á algunas esclavas del patrono, cuando estas hubiesen sido manumitidas; y si la misma hija no fuese heredera, le substituyó las mismas esclavas; porque la hija no quiso ser heredera, las esclavas adieron la herencia del difunto por mandato de su señor, esto es, del patro-

(1) qui, Hal.
(2) relegata, Hal.

(3) id est patroni, omitelas Hal.

possent (1). Rogo ergo, quid de hoc existimes, rescribas. Respondi, nec repetitum videri in hunc casum fideicommissum, sed alterutrum datum, vel fideicommissum, vel ipsam hereditatem; melius autem dici, in eundem casum substitutas videri, in quem casum fideicommissum meruerunt, et ideo ad substitutionem eas vocari. Quum enim servo alieno fideicommissum ab uno ex heredibus sub conditione libertatis fuerit datum, idemque servus ei heredi substituatur, licet pure substitutio facta sit, tamen sub eadem conditione substitui videtur, sub qua fideicommissum meruit.

84. [86.] IDEM libro XXI. *Quaestionum*.— Si quis servo suo fideicommissam libertatem reliquit, et aliquid adscripsit, quidam dicunt, quia placebat, ab herede eum manumitti debere, futurum esse, ut non admittatur ad fideicommissum. Sed hoc iniquum est, in huiusmodi enim persona utriusque quodammodo dies cessit, et libertatis, et pecuniae petendae, adeo, ut putem, si mora fiat praestandae libertati, etiam fideicommisso moram videri factam, et usurarum onus accedere; nam et cetera, quae medio tempore acquisiit domino, dum moratur praestare libertatem, eidem restitui oportere, rectissime responsum est.

85. [87.] IDEM libro IV. *Responsorum*.— Creditorem, cui res pignoris iure obligata a debitore legata esset, non prohiberi pecuniam crediti petere, si voluntas testatoris compensare volentis evidenter non ostenderetur.

86. [88.] IDEM libro XIII. *Responsorum*.— «Caius Seius pronepos meus heres mihi esto ex semisse bonorum meorum, excepta domu mea, et paterna, in quibus habito, cum omnibus, quae ibi sunt. Quae omnia scias ad portionem hereditatis, quam tibi dedi, non pertinere»; quaero, quum sit in his domibus argentum, nomina debitorum, suppellex, mancipia, an haec omnia, quae illic inveniuntur, ad alios heredes institutos debeant pertinere. Paulus: respondi, nomina debitorum non contineri, sed omnium esse communia, in ceteris vero nullum pronepoti locum esse.

§ 1.—Titius, cum fratris filio fundos et urbana praedia legaret, in his et fundum Seianum legavit, quem ipse paterfamilias, quoad viveret, uno quidem nomine universum habuit, sed, quo facilius conductorem inveniret, per duas partes locabat, ita ut ex qualitate loci superiorem partem Seianum superiorem, inferiorem autem partem Seianum inferiorem appellaret; quaero, an is fundus totus ad fratris filium pertineat. Paulus respondit, si testator fundum Seianum uno nomine universum possedit, quamvis eundem divisim partibus locaverat, universum eum ex causa fideicommissi praestari oportere, nisi si heres, de qua parte testator senserit, evidenter probaverit.

no; manumitidas por él despues de algún tiempo, preguntaban, si podrian pedirle el fideicomiso al mismo patrono. Te ruego, pues, que me escribas qué piensas sobre esto. Respondi, que no se considera repetido para este caso el fideicomiso, sino que se dió una u otra cosa, ó el fideicomiso, ó la misma herencia; pero que mejor es decir, que se les considera substituidas para el mismo caso para el que merecieron el fideicomiso, y que por esto son llamadas ellas á la substitución. Porque cuando á un esclavo ajeno se le hubiere dado un fideicomiso á cargo de uno de los herederos bajo condición de manumisión, y el mismo esclavo fuera substituido á este heredero, aunque la substitución haya sido hecha puramente, se considera, sin embargo, que se hace la substitución bajo la misma condición con que mereció el fideicomiso.

84. [86.] EL MISMO; *Cuestiones, libro XXI*.— Si alguno le dejó á su esclavo la libertad por fideicomiso, y añadió alguna otra cosa, dicen algunos, que como estaba establecido que él debía ser manumitido por el heredero, habrá de suceder que no se le admita al fideicomiso. Pero esto es injusto, porque respecto de tal persona corrió en cierto modo el término de ambas cosas, de la libertad y del dinero que se ha de pedir, de tal suerte, que yo opinaria, que si se causase mora para dar la libertad, también se considerará causada la mora para el fideicomiso, y se añadiría el gravamen de los intereses; porque con muchísima razón se respondió, que se le deben entregar al mismo también las demás cosas, que adquirió para su señor en el tiempo intermedio, mientras se demora darle la libertad.

85. [87.] EL MISMO; *Respuestas, libro IV*.— Al acreedor á quien por el deudor le hubiere sido legada una cosa obligada por derecho de prenda, no se le prohíbe pedir el dinero prestado, si evidentemente no se probase la voluntad del testador que queria compensarla.

86. [88.] EL MISMO; *Respuestas, libro XIII*.— «Sea mi biznieto Cayo Seyo heredero de la mitad de mis bienes, exceptuando mi casa, y la de mi padre, en las que habito, con todas las cosas que haya en ellas. Todas cuyas cosas has de saber que no pertenecen á la porción de la herencia, que te di»; pregunto, si habiendo en estas casas plata, créditos de deudores, ajuar, esclavos, deberán pertenecer todas estas cosas, que allí se hallan, á los otros herederos instituidos. Y dice Paulo; respondi, que no se comprenden los créditos de los deudores, sino que son comunes para todos, pero que sobre las demás cosas no tiene derecho alguno el biznieto.

§ 1.—Ticio, al legarle al hijo de su hermano fundos y predios urbanos, les legó entre ellos también el fundo Seyano, que el mismo padre de familia tuvo integro mientras vivia, ciertamente con un mismo nombre, pero para hallar más fácilmente arrendatario, lo daba en arrendamiento dividido en dos partes, de manera que por las circunstancias del terreno se llamaba Seyano superior á la parte superior, y Seyano inferior á la parte inferior; pregunto, si todo este fundo le pertenecerá al hijo del hermano. Paulo respondió, que si el testador poseyó todo el fundo Seyano con un solo nombre, aunque lo habia dado en arriendo en porciones divididas, todo él debía ser entregado por causa del fideicomiso, á no ser que el heredero hubiere probado evidentemente á qué parte se haya referido el testador.

(1) Hal.; possint, el código Fl.

87. [89.] *IDEM libro XIV. Responsorum.*—Ticia Seio tesseram frumentariam comparari voluit post diem trigesimum a morte ipsius; quaero, quum Seius viva testatrice tesseram frumentariam ex causa lucrativa habere coeperit (1), nec possit id, quod habet, petere, an ei actio competat. Paulus respondit, ei, de quo quaeritur, pretium tesserae praestandum, quoniam tale fideicommissum magis in quantitate, quam in corpore consistit.

§ 1.—Usuras fideicommissi post impletos annos vigintiquinque puellae, ex quo mora facta est, deberi respondi; quamvis enim constitutum sit, ut minoribus vigintiquinque annis usurae omnimodo praesententur, tamen non pro mora hoc habendum est, quam sufficit semel intervenisse, ut perpetuo debeantur.

§ 2.—Seia libertis suis fundum legavit, fideique eorum ita commisit: «fidei autem vestrae, Vere et Sápide, committo, ne eum fundum vendatis, eumque, qui ex vobis ultimus decesserit, quum morietur, restituat Symphoro (2) liberto meo, et successori, et Beryllo, et Sápido, quos infra manumisi, quive ex his tunc superviverent»; quaero, quum nec in prima parte testamenti, qua fundum praelegavit, eos substituit, in secunda tamen adiecerit verbum: «qui ultimus decesserit», an pars unius defuncti ad alterum pertineret. Paulus respondit, testatricem videri in eo fideicommissio, de quo quaeritur, duos gradus substitutionis fecisse, unum, ut is, qui ex duobus prior morietur, alteri restitueret, alterum, ut novissimus his restitueret, quos nominatim postea enumeravit.

§ 3.—Imperator Alexander Augustus Claudio (3) Iuliano Praefecto urbi: «Si liquet tibi, Iuliane carissime, aviam intervertendae inofficiosi querelae patrimonium suum donationibus in nepotem factis exinanisse, ratio deprecatur, id, quod donatum est, pro dimidia parte revocari».

§ 4.—Lucius Titius, quum haberet quinque liberos, universos emancipavit, et in unum filium Caium Seium amplissimas facultates donationibus contulit, et modicum sibi residuum servavit, et universos liberos cum uxore scripsit heredes; in eodem testamento duas possessiones, quas retinuerat, eidem Caio Seio praelegavit, et ab eo petiit (4), ut ex redditibus praediorum, quae vivus ei donaverat, Maeviae filiae tot aureos daret, item alteri fratri alios tot; conventus a Maevia, sorore sua, legem Falcidiam implorat; quaero, quum sanctissimus Imperator, ut supra scriptum est, contra voluntatem donantis ea, quae donata sunt, revocari praeceperit, an Caius Seius compellendus sit, secundum voluntatem patris ex donationibus fideicommissum praestare heredi sororis (5). Paulus respondit, post literas Imperatoris nostri dubitari non oportere, quin in hac quoque specie, de qua quaeritur, subveniendum sit liberis, quorum portio in unum filium donationibus collatis imminuta est, praesertim quum Imperator noster contra voluntatem patris subveniret; in proposita autem causa etiam voluntas patris pro his, qui fideicommissum petunt, intercedit; sed si Falcidia lex in-

87. [89.] *EL MISMO; Respuestas, libro XIV.*—Quiso Ticia que se comprase para Seyo un bono de trigo después del trigésimo día de la muerte de la misma; pregunto, si, habiendo comenzado a tener Seyo por causa lucrativa en vida de la testadora el bono de trigo, y no pudiera pedir lo que tiene, le competará la acción. Paulo respondió, que á éste, de quien se trata, se le ha de pagar el precio del bono, porque tal fideicomiso consiste más bien en una cantidad, que en una cosa determinada.

§ 1.—Respondi, que después de haber cumplido los veinticinco años se le deben á una menor los intereses del fideicomiso, desde que se causó la mora; porque aunque se haya establecido, que de todos modos se paguen los intereses á los menores de veinticinco años, sin embargo, esto no se ha de considerar como mora, la cual basta que una vez se haya causado, para que se deban perpetuamente.

§ 2.—Seya legó un fundo á sus libertos, y encomendó un encargo á su fidelidad en estos términos: «pero encomiendo á vuestra fidelidad, Vero y Sápido, que no vendais este fundo, y que el último, que de vosotros falleciere, lo restituya cuando muera á Sinforo, mi liberto, y sucesor, y á Berilo, y á Sápido, á quienes á continuación he manumitido, ó á los que de ellos sobrevivieren entonces»; pregunto, si, no habiéndolos substituido en la primera parte del testamento, en que prelegó el fundo, y habiendo añadido en la segunda esta expresión: «el último que falleciere», le pertenecería al otro la parte de uno que hubiere fallecido. Paulo respondió, que parecía que la testadora hizo en este fideicomiso, de que se trata, dos grados de substitución, uno, para que el que de los dos muriese primero, hiciese la restitución al otro, otro, para que el último hiciese la restitución á aquellos á quienes después enumeró nominalmente.

§ 3.—El Emperador Alejandro Augusto á Claudio Juliano, Prefecto de la ciudad. «Si te constatare, carísimo Juliano, que para impedir la querrela de testamento inoficioso la abuela consumió su patrimonio en las donaciones hechas á su nieto, exige la razón que se revoque respecto á la mitad lo que donó».

§ 4.—Lucio Ticio, que tenía cinco hijos, los emancipó á todos, y á su solo hijo Cayo Seyo le confirió cuantiosísimos bienes por donaciones, se reservó para sí un módico remanente, é instituyó herederos á todos sus hijos juntos con su mujer; en el mismo testamento le prelegó al mismo Cayo Seyo dos posesiones, que había retenido, y le pidió, que de las rentas de los predios, que en vida le había donado, le diese tantos aureos á su hija Mevia, y otros tantos á su otro hermano; demandado por Mevia, su hermana, invoca la ley Falcidia; pregunto, si, habiendo mandado nuestro santísimo Emperador, como arriba se ha escrito, que se revoquen contra la voluntad del donante las cosas que se donaron, habrá de ser compelido Cayo Seyo á entregarle al heredero de la hermana, conforme á la voluntad del padre, el fideicomiso en virtud de las donaciones. Paulo respondió, que después de la carta de nuestro Emperador, no se debe dudar, que también en este caso, de que se trata, se haya de auxiliar á los descendientes, cuya porción fué disminuida con las donaciones conferidas á un solo hijo, principalmente, habiendo prestado auxilio nuestro Emperador contra la voluntad del padre;

(1) *Hal. Vulg.; coepit, el código Fl.*
 (2) *Sempronio, la Vulg.*
 (3) *La Vulg.; Claudiano, el código Fl.*

(4) *Hal. Vulg.; petit, el código Fl.*
 (5) *sorori, Hal.*

tercedit, fideicommissa in solidum esse praestanda propter immodicarum donationum rationem.

88. [90.] SCAEVOLA libro III. Responsorum.—Lucius Titius testamento ita cavuit: «si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donavi, aut in usum concessi, aut sibi acquisiit, aut ei ab aliquo datum, aut relictum est, id sibi praecipiat, sumat, habeat»; filii nomine kalendarium fecerat; postea sententia dicta est, et placuit, id, quod sub nomine ipsius filii in kalendario remanserat, ei deberi, non etiam id, quod exactum in rationes suas pater convertisset; quaero, si id, quod exegisset pater ex nominibus filii ante testamentum factum, iterum post testamentum factum in nomen filii convertisset, an ad filium secundum sententiam pertineret. Respondi, id, quod ex eadem causa exactum in eandem causam rediisset, deberi.

§ 1.—«A te peto, Titi, fideique tuae committo, uti curam condendi corporis mei suscipias, et pro hoc tot (1) aureos e medio praecipito»; quaero, an, si Lucius Titius minus, quam decem aureos erogaverit, reliqua summa heredibus proficiat. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, heredum commodo proficere.

§ 2.—Quae marito heres extiterat, ita testamento cavuit: «Maevi et Semproni, filii dulcissimi, praecipitote omne, quidquid ex hereditate bonisve Titii, domini mei, patris vestri, ad me pervenit mortis eius tempore, ita tamen, ut omne onus eiusdem hereditatis tam in praeteritum, quam in futurum, nec non etiam, si quid post mortem Titii domini mei (2), agnoscat»; quaero, an, si quid solvisset post mortem mariti, quum ipsa fructus cepisset, (3) dedisset, ad onus eorum pertineret. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, ea duntaxat onera legatariis imposuisse, quae superessent.

§ 3.—«Quisquis mihi heres heredesve erunt, hoc amplius Lucius Eutyclus, quam quod (4) eum heredem institui, e media hereditate sumito, sibi que habeto una cum Pamphilo, quem liberum esse iubeo, instrumentum tabernae ferrariae, ita ut negotium exerceatis» (5); Lucius Eutyclus viva testatrice decessit, pars hereditatis eius ad coheredem pertinuit; quaero, an Pamphilus eodem testamento manumissus ad petitionem partis instrumenti admitti possit, licet taberna, ut voluit testatrix, exerceri non possit. Respondi, admitti.

§ 4.—Sempronia substituta heredi instituto legata accepit, si heres non esset; movit contra institutum actionem, quod dolo eius factum esse dicebat, quo minus testatrix volens primo loco scribere eam heredem, testamentum mutaret, nec

pero en el caso presente, también la voluntad del padre intercede á favor de los que piden el fideicomiso; mas si interviene la ley Falcidia, se han de pagar por completo los fideicomisos por razón de lo excesivo de las donaciones.

88. [90.] SCAEVOLA; Respuestas, libro III.—Lucio Ticio, dispuso así en su testamento: «si alguna cosa le di á cualquiera de mis hijos, ó se la doné, ó se la concedi para su uso, ó él la adquirió para sí, ó por alguno le fué dada ó dejada, adquirírala previamente, tómla, y téngala»; á nombre del hijo había abierto el libro de caja; después se pronunció sentencia, y se determinó, que lo que á nombre del mismo hijo había quedado como remanente en el libro de caja se le debía á éste, pero no también lo que, habiéndolo cobrado, hubiese aplicado el padre á sus propias cuentas; pregunto, si en el caso de que esto lo hubiese cobrado el padre de los créditos del hijo antes de haber el hecho testamento, y después de hecho el testamento lo hubiese aplicado de nuevo á crédito del hijo, le pertenecería al hijo según la sentencia. Respondí, que se debía lo que cobrado en virtud de una causa lo hubiese restituido á la misma causa.

§ 1.—«Te pido, Ticio, y encomiendo á tu fidelidad, que asumas el cuidado de darle sepultura á mi cuerpo, y que por esto retires previamente tantos aureos»; pregunto, si, en el caso de que Lucio Ticio hubiere gastado menos de diez aureos, beneficiará la restante cantidad á los herederos. Respondí, que, según lo que se exponía, aprovechaba en beneficio de los herederos.

§ 2.—Una, que había quedado heredera de su marido, dispuso así en su testamento: «Mevio y Sempronio, cariñosísimos hijos, tomad previamente todo lo que de la herencia ó de los bienes de Ticio, mi señor, y padre vuestro, vino á mi poder al tiempo de su muerte, pero de modo, que asumais todas las cargas de la misma herencia, tanto respecto á lo pasado como á lo futuro, así como también si alguna hubiere después de la muerte de Ticio, mi señor»; pregunto, si, en el caso de que hubiese pagado alguna cosa después de la muerte del marido, y habiendo ella percibido los frutos la hubiese dado, pertenecería á cargo de ellos. Respondí, que, según lo que se exponía, les impuso á los legatarios solamente las cargas que subsistiesen.

§ 3.—«Cualesquiera que fueren mi heredero ó herederos, tome Lucio Eutico de la masa de la herencia, además de aquello en que lo instituí heredero, y téngala para sí junto con Pánfilo, quien mando que sea libre, la escritura del establecimiento de herrería, á fin de que ejerzais este negocio»; Lucio Eutico falleció viviendo la testadora, y la parte de su herencia le perteneció al coheredero; pregunto, si Pánfilo, manumitido en el mismo testamento, podrá ser admitido á la petición de parte del instrumento, aunque no se pueda llevar el establecimiento como quiso la testadora. Respondí, que se le admitía.

§ 4.—Sempronia, substituida al heredero instituido, recibió unos legados, si no fuese heredera; promovió acción contra el instituido, porque decía que por dolo del mismo se había hecho, que, queriendo la testadora instituir la heredera en primer

(1) decem, por tot, Hal. Vulg.

(2) solvi, insertan Hal. Vulg.

(3) Reptase si quid;—si quid solvisset, dedisset post mortem mariti, quum ipsa fructus cepisset, ad onus, según conjetura Br.; quum ipsa fructus, quos percepisset, Hal. Vulg.

(4) quamquam, por quam quod, erradamente la Vulg.

(5) exerceat. Is Lucius, las ed. citadas por Br.

obtinuit; quaero, an legati persecutionem salvam haberet. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, salvam habere.

§ 5.—Testator legata ante quinquennium vetuit peti praestarique, sed heres quaedam sua sponte ante quinquennium solvit; quaesitum est, an eius, quod ante diem existentem solutum est, repraesentationem in reliqua solutione legati reputare (1) possit. Respondi, non propterea minus relictum videri (2), quod aliquid ante diem sit solutum.

§ 6.—Lucius Titius testamento ita cavuit: «praedictum meum dari volo libertis libertabusque meis, et quos hoc testamento manumisi, et Seiae alumnae meae, ita, ne de nomine familiae meae exeat, donec ad unum proprietatis perveniat»; quaero, an Seia in communione cum libertis habeat portionem, an vero sibi partem dimidiam eius praedicti vindicare possit. Respondi, perspicuum esse testantis voluntatem, omnes ad viriles partes vocantis.

§ 7.—Impuberem filium heredem instituit, uxori dotem praelegavit (3), item ornamenta, et servos, et aureos decem, et si impubes decessisset, substituit; a quibus ita legavit: «quaecunque primis tabulis dedi, eadem omnia ab heredibus quoque heredis mei in duplum dari volo»; quaeritur, an ex substitutione, impubere mortuo, dos quoque iterum debeatur. Respondi, non videri de dotis legato duplicando testatorem sensisse. Item quaero, quum corpora legata etiam nunc ex lucrativa causa possideantur, an a substitutis peti possint. Respondi, non posse.

§ 8.—«Civibus meis do lego chirographum Caii Seii»; postea codicillis vetuit a Seio exigi, et ab herede petiit (4), ut ex alterius debitoris debito, quem codicillis nominavit, eandem summam Reipublicae daret; quaesitum est, si posterior idoneus non esset, an integram quantitatem heredes praestare debeant. Respondi, heredes Reipublicae adversus eum duntaxat debitorem, qui novissimis codicillis, ut proponitur, designatus est, actionem praestare debere.

§ 9.—Filiam ex asse instituit heredem, eique substituit nepotem suum, et ita cavuit: «si, quod abominor, neque filia mea, neque nepos meus heredes mei erunt, tunc portionem meam partis dimidiae fundi illius ad libertos meos pertinere volo»; quaeritur, quum ante testatorem et filia, et nepos decesserunt, et intestati bona pertinnerunt ad pronepotem eius, an fideicommissum ad libertos pertineret. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, si nullus alius heres institutus substitutusque esset, quam filia et nepos, videri legitimorum fideicommissum esse, ut praestaretur (5).

§ 10.—«Quisquis mihi heres erit, sciat, debere me Demetrio, patruo meo, denaria tria (6), et deposita apud me a Seleuco, patruo meo, denaria tria (7), quae etiam protinus reddi et solvi iis iubeo»; quaesitum est, an, si non deberentur, actio

lugar, no cambiase el testamento, y no ganó el pleito; pregunto, si tendría á salvo la persecución del legado. Respondi, que, según lo que se exponía, la tenía á salvo.

§ 5.—Un testador prohibió que se pidieran y se entregasen los legados antes de un quinquenio, pero el heredero pagó por su voluntad algunos antes del quinquenio; se preguntó, si en el restante pago del legado se podrá hacer la compensación de lo que se pagó antes de llegar el término. Respondi, que no porque se haya pagado alguna cosa antes del término se considera que no se dejó.

§ 6.—Lucio Ticio dispuso así en su testamento: «quiero que se dé mi pequeño predio á mis libertos y libertas, y á los que manumiti en este testamento, y á mi alumna Seia, de suerte, que no salga de la familia de mi nombre, hasta que á uno solo vaya la propiedad»; pregunto, si tendrá Seia su porción en comunión con los libertos, ó si podrá reivindicar para sí la mitad de este pequeño predio. Respondi, que era evidente la voluntad del testador, que á todos los llama á porciones viriles.

§ 7.—Uno instituyó heredero á su hijo impúbere, y le prelegó á su mujer la dote, y también los adornos, y los esclavos, y diez aureos, y para si hubiese fallecido el impúbere, nombró substitutos; á cargo de los que legó de este modo: «quiero que todo lo que di en el primer testamento, se dé doblado también por los herederos de mi heredero»; se pregunta, si en virtud de la substitución, muerto el impúbere, se deberá también segunda vez la dote. Respondi, que no parece que al duplicar el legado se refirió el testador al de la dote. También pregunto, si estando poseidos también ahora por causa lucrativa los objetos legados, podrian ser pedidos á los substitutos. Respondi, que no podían.

§ 8.—«Les do, y lego á mis conciudadanos el quirógrafo de Cayo Seio»; después prohibió en codicilos que se le cobrase á Seio, y le pidió al heredero que de la deuda del otro deudor, que nombró en los codicilos, le diese la misma cantidad á la República; se preguntó, si en el caso de que el segundo no fuese solvente, deberán pagar los herederos integra la cantidad. Respondi, que los herederos deben cederle la acción á la República solamente contra aquel deudor, que, según se expone, fué designado en los últimos codicilos.

§ 9.—Uno instituyó heredera de la totalidad á su hija, á esta le substituyó un nieto suyo, y dispuso así: «si, lo que no suceda, ni mi hija, ni mi nieto fueren mis herederos, en este caso, quiero que mi porción de la mitad de aquel fundo les pertenezca á mis libertos»; se pregunta, si habiendo muerto antes que el testador así la hija como el nieto, y habiéndole pertenecido á su biznieto los bienes del intestado, les correspondería el fideicomiso á los libertos. Respondi, que, según lo que se exponía, si no hubiese sido instituido y substituido ningún otro heredero, más que la hija y el nieto, se considera que se les encomendó á los legítimos que se pagase el fideicomiso.

§ 10.—«Sepa cualquiera, que fuere mi heredero, que yo le debo á Demetrio, mi tío paterno, tres denarios, y que en mi poder fueron depositados por Seleuco, mi tío paterno, tres denarios, los que mando que también inmediatamente les sean devueltos

(1) *Taur. según la escritura original; repudiare, corrección del código Fl., Br.*

(2) *deberi, al margen interior del código Fl.*

(3) *relegavit, Hal.*

(4) *Hal. Vulg.; petit, el código Fl.*

(5) *Hal.; praestarentur, el código Fl.*

(6) *denarium tria milia, Hal.*

(7) *denarium tria milia, Hal.*

esset. Respondi, si non deberentur, nullam quasi ex debito actionem esse, sed ex fideicommisso.

§ 11.—Lucius Titius Damam et Pamphilum libertos suos ante biennium mortis suae de domu dimisit, et cibaria, quae dabat, praestare desiit; mox facto testamento ita legavit: «quisquis mihi heres erit, omnibus libertis meis, quos hoc testamento manumisi, et quos ante habui, quosque, ut manumittantur, petii, alimentorum nomine in menses singulos certam pecuniam dato»; quaesitum est, an Damae et Pamphilo fideicommissum debeatur. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, ita deberi, si hi, qui petent, manifeste docerent, eo animo circa se patronum, quum testamentum faceret, esse coepisse, ut is quoque legatum dari vellet; alioquin nihil ipsi praestetur.

§ 12.—Damae et Pamphilo, quos testamento manumisera, fundum dedit, ita ut post mortem suam filiis suis restituerent; eodem testamento petiit ab heredibus suis, ut Pamphilam manumitterent, quae Pamphila filia naturalis erat Pamphili; idem Pamphilus post diem legati sui cedentem testamento heredem instituit Maevium (1), eiusque fidei commisit, ut hereditatem suam, id est fundi suprascripti partem dimidiam (2), quam solam in bonis ex testamento patronae suae habebat, Pamphilae filiae suae, quum primum libera fuisset, restitueret; quaero, Pamphila manumissa utrum ex testamento superiore patris sui patronae eam partem petere possit, an vero ex testamento patris naturalis ex causa fideicommissi habita ratione legis Falcidae. Respondi, ex his, quae proponerentur, probari, Pamphilam duntaxat ex testamento superiore fideicommissum petere posse. Claudius (3): quia creditur, appellatione filiorum et naturales liberos, id est (4) in servitute (5) susceptos, contineri.

§ 13.—[91.] (6) Scaevola: codicillis Caio Seio centum legavit, eiusque fidei commisit, ut ancillae testatoris ea daret; quaero, an utile fideicommissum sit, quod legatarius ancillae testatoris dare iussus est. Respondi, non esse. Item, si utile non est, an legatarius heredi, cuius ancilla est, restituere compellatur. Respondi, non compelli, sed nec ipsum legatarium legatum petere posse.

§ 14.—Insulam libertis utriusque sexus legavit, ita ut ex reditu eius masculi duplum, feminae simplum percipiant, eamque alienari vetuit, ex consensu omnium ab herede venundata est; quaero, an et ex pretio insulae duplum mares, simplum caperent feminae. Respondi, ob pretium nullam fideicommissi persecutionem esse, nisi ea mente venditioni consenserunt, ut similiter ex pretio mares quidem duplum, feminae autem simplum consequantur.

§ 15.—Instituto filio herede, et ex eo nepotibus emancipatis, testator ita cavuit: Βούλωμαι δὲ τὰς ἐμάς οἰκίας μὴ πωλεῖσθαι ὑπὸ τῶν κληρονόμων μου, μηδὲ δα-

y pagados»; se preguntó, si, en el caso de que no se debiesen, habría acción. Respondí, que, si no se debiesen, no hay ninguna acción como por deuda, sino en virtud del fideicomiso.

§ 11.—Lucio Ticio echó de su casa dos años antes de su muerte á sus libertos Dama y Pánfilo, y dejó de prestarles los alimentos que les daba; después, habiendo hecho testamento, legó en esta forma: «cualquiera que fuere mi heredero déles á todos mis libertos, que manumiti en este testamento, y que tuve antes, y á aquellos que he pedido que sean manumitidos, cierta cantidad cada mes á título de alimentos»; se preguntó, si á Dama y á Pánfilo se les deberá el fideicomiso. Respondí, que, según lo que se exponía, se les debía de este modo, si los que lo pidieren probasen claramente, que al hacer el testamento comenzó el patrono á tener respecto de ellos tal intención, que quisiera que también á ellos se les diese el legado; pero que de otra suerte nada se les diese á ellos.

§ 12.—Uno les dió un fundo á Dama y á Pánfilo, á quienes había manumitido en el testamento, con la condición de que después de su muerte lo restituyesen á sus propios hijos; en el mismo testamento les pidió á sus herederos, que manumitiesen á Pánfila, la cual Pánfila era hija natural de Pánfilo; el mismo Pánfilo, después de correr el término de su legado, instituyó heredero á Mevio, y encomendó á la fidelidad de este, que le restituyese su propia herencia, esto es, la mitad del antes mencionado fundo, única que tenía como bienes en virtud del testamento de su patrona, á su hija Pánfila, tan pronto como hubiese sido libre; pregunto, si manumitida Pánfila podrá pedir esta parte en virtud del anterior testamento de la patrona de su padre, ó por el testamento de su padre natural por causa del fideicomiso, habida cuenta de la ley Falcidia. Respondí, que, en virtud de lo que se exponía, se admitía, que Pánfila podía pedir el fideicomiso solamente por el primer testamento. Claudio dice: porque se cree, que en la denominación de hijos se comprenden también los hijos naturales, esto es, los nacidos en la esclavitud.

§ 13. [91.]—Dice Scévola: uno legó ciento á Cayo Seyo en codicilos, y encomendó á su fidelidad que se los diese á una esclava del testador; pregunto, si será útil el fideicomiso que al legatario se le mandó dar á la esclava del testador. Respondí, que no lo era. Asimismo, si no es útil, si será compelido el legatario á restituirlo al heredero de quien es la esclava. Respondí, que no se le compele, pero que tampoco el mismo legatario puede pedir el legado.

§ 14.—Uno legó una casa á libertos de uno y otro sexo, de modo que de las rentas de la misma percibieran los varones el duplo de la cantidad que las hembras, y prohibió que fuese enajenada, y fué vendida por el heredero con el consentimiento de todos; pregunto, si también del precio de la casa recibirán los varones el duplo de la cantidad que las hembras. Respondí, que por razón del precio no hay acción alguna para reclamar el fideicomiso, salvo que hubieren consentido en la venta con la idea de que también del precio recibieran los varones el duplo de la cantidad que las hembras.

§ 15.—Habiendo instituido heredero á su hijo, y á los nietos emancipados nacidos de él, el testador dispuso así: «quiero que mis casas no sean vendi-

(1) Maeviam, Hal.

(2) id est fundi—dimidiam, omitenlas otros en Hal.

(3) notat, inserta Hal.

(4) vel, por id est, Hal.

(5) servitutum, Hal.

(6) La Vulg. y la escritura original del códice Fl. comienzan aquí otro fragmento; Hal. y Taur., según corrección del códice Fl., continúan el mismo, Br.

ναίεσθαι κατ' αὐτῶν, ἀλλὰ μένειν αὐτάς ἀκεραίας αὐτοῖς, καὶ υἱοῖς, καὶ ἐγγόνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· ἔαν δὲ τις βουληθῆ αὐτῶν πωλῆσαι τὸ μέρος αὐτοῦ, ἢ θανατώσασθαι κατ' αὐτοῦ, ἐξουσίαν ἔχεται πωλῆσαι τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ, καὶ θανατῆσθαι παρ' αὐτοῦ· ἔαν δὲ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, ἔσται (1) τὸ χρηματιζόμενον ἄχρηστον καὶ ἄκυρον [Volo meas aedes non vendi ab heredibus meis, neque foenerari super eas, sed manere eas firmas (2) meis filiis et nepotibus per universon tempus; si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel foenerari super eam, potestatem habeat vendere coheredi suo et foenerari ab eo; si autem aliquis praeter haec fecerit, erit, quod obligatur, inutile atque irritum; (3)] quaeritur, quum filius defuncti mutnam pecuniam a Flavia Dionysia acceperit, et locatis aedibus pro parte sua pensiones sibi debitas creditrici delegaverit, an conditio testamenti extitisse videatur, ut filiis suis fideicommissi nomine teneatur. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, non extitisse.

§ 16.—Matre et uxore heredibus institutis ita cavuit: «a te, uxor carissima, peto, ne quid post mortem tuam fratribus tuis relinquant, habes filios sororum tuarum, quibus relinquant; scis, unum fratrem tuum filium nostrum occidisse, dum ei rapinam fecit (4), sed et alius mihi deteriora fecit»; quaero, quum uxor intestata decessit, et legitima eius hereditas ad fratrem pertineat, an sororis (5) filii fideicommissum ab eo petere possunt? Respondi, posse defendi, fideicommissum deberi.

§ 17.—«Lucius Titius hoc meum testamentum scripsi sine ullo iurisperito, rationem animi mei potius secutus, quam nimiam et miseram diligentiam; et si minus aliquid legitime minusve perite fecero, pro iure legitimo haberi debet hominis sani voluntas»; deinde heredes instituit; quaesitum est, intestati eius bonorum possessione petita, an portiones adscriptae ex causa fideicommissi peti possunt? Respondi, secundum ea, quae proponerentur, posse.

89. [91. H. 92. V.] IDEM libro IV. Responsum.—Testamento filium et uxorem suam heredes instituit; postea epistolam scripsisse dicitur, qua et quidquid in peculio habuit filius, ei donavit, et adiecit, praecipua haec eum, suique iuris, et post mortem suam habere velle; quaero, quum testamento significaverit, si quid ob signatum recepisset, id vice codicillorum valeret, epistola autem non sit ob signata, an, quae epistola continentur, ad filium pertineant. Respondi, si fides epistolae relictae constaret, deberi, quae in ea (6) dare se velle significavit.

§ 1.—Qui indivisam cum fratre suo rem habebat, filias suas heredes instituit, et ita cavuit: «propter res universas, quae mihi cum illo fratre meo, patruo vestro, communes sunt, quas aestimationis constiterit esse universas duo millium aureorum, fidei vestrae committo, uti pro portione vestra mille aureos a Lucretio Pacato, patruo vestro, accipiat»; huic testamento quinquennio supervixit, et abunde patrimonium reliquit; quaesitum est,

das por mis herederos, y que sobre ellas no se tomen préstamos á interés, sino que en todo tiempo permanezcan estables para mis hijos y nietos; pero si alguno de ellos quisiere vender su parte, ó tomar préstamo á interés sobre ella, tenga facultad para vendérsela á su coheredero, y para recibir de él el préstamo; mas si alguno hubiere obrado de otro modo, será inútil é irrita la obligación que se contraiga»; se pregunta, si, habiendo el hijo del difunto tomado dinero en mútuo de Flavia Dionisia, y habiendo delegado, arrendadas las casas, á favor de la acreedora los alquileres que á él se le debían por su parte, se considerará que se cumplió la condición del testamento, de modo que por razón del fideicomiso esté obligado á sus hijos. Respondi, que, según lo que se exponía, no se cumplió.

§ 16.—Habiendo uno instituido herederas á su madre y á su mujer, dispuso así: «te pido, carísima mujer, que después de tu muerte no les dejes nada á tus hermanos, pues tienes hijos de tus hermanas, á quienes dejarlo; sabes que un hermano tuyo mató á un hijo nuestro mientras le robaba, y que otro me hizo mayores daños»; pregunto, habiendo fallecido intestada la mujer, y perteneciendo su herencia legitima á su hermano, ¿pueden pedirle el fideicomiso los hijos de la hermana? Respondi, que se puede defender que se debe el fideicomiso.

§ 17.—«Yo, Lucio Ticio, escribí este mi testamento sin intervención de jurisperito alguno, atendiendo más bien al dictado de mi conciencia, que á excesiva y escrupulosa diligencia; y si alguna cosa la hubiere hecho no del todo conforme á la ley ó no ajustada á la forma debida, la voluntad de un hombre sano debe ser considerada como legitimo derecho»; después instituyó herederos; se pregunta, ¿pedida la posesión de los bienes de éste, se pueden pedir las porciones asignadas por causa de fideicomiso? Respondi, que, según lo que se proponía, se podían.

89. [91. H. 92. V.] EL MISMO; Respuestas, libro IV.—Uno instituyó en su testamento herederos á su hijo y á su mujer; se dice, que después escribió una carta, en la que también le donó al hijo todo lo que este tuvo en su peculio, y añadió, que quería que tuviera estas cosas privativamente, siendo de propio derecho, y después de su muerte; pregunto, si, habiendo expresado en el testamento, que si recibiese alguna disposición sellada, fuese válida por vía de codicilos, pero la carta no hubiera sido sellada, le pertenecerán al hijo las cosas que en la carta se contienen. Respondi, que si constare la autenticidad de la carta dejada, se debían las cosas que en ella indicó que él quería dar.

§ 1.—Uno que tenía junto con su hermano bienes indivisos, instituyó herederas á sus hijas, y dispuso así: «en cuanto á todas las cosas que tengo en común con aquel hermano mío, vuestro tío paterno, todas las que consta que son de valor de dos mil áureos, encomiendo á vuestra fidelidad, que por vuestra porción recibais mil áureos de Lucretio Pacato, vuestro tío paterno»; sobrevivió cinco años á este testamento, y dejó un patrimonio cuan-

(1) ἔστω, [esto], Hal.

(2) Según nuestra enmienda; simpllices, inserta la Vulg.

(3) Versión vulgar.

(4) Hal.; facit, el código Fl.

(5) sororis, omitela Hal.

(6) Hal.; in eam, el código Fl.

an heredes Lucretii Pacati secundum verba supra-scripta offerentes mille aureos fideicommissum consequantur. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, non facere voluntatem, ut universa datis millenis (1) aureis restituerentur, sed aestimationis, quae mortis tempore in rebus fuerat oblationem (2) debere fieri.

§ 2.—Seio, quem heredi substituerat, ita legavit: «Seio, si mihi heres non erit, et uxori eius, Marcellae, argenti libras quindecim dari volo»; quaero, quum Seius heres extiterit, an Marcellae legati dimidia portio debeatur. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, deberi.

§ 3.—Lucius Titius intestato moriturus, quum haberet uxorem, et ex ea filiam emancipatam, codicillis haec verba inseruit: «pertinent autem (3) hi codicilli ad uxorem et filiam; primum autem (4) rogo, sic inter vos agatis, ut me vivo egistis; itaque rogo, ut, quidquid aut ego reliquero, aut quod vos ipsae habetis, commune vobis sit»; filia intestati patris bonorum possessionem accepit; quaeritur, an aliqua pars hereditatis Lucii Titii ex causa fideicommissi a filia matri deberetur, et quota. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, dimidiam partem deberi, si modo uxor parata sit, in commune bona sua conferre.

§ 4.—Quatuor filios aequis partibus instituit, et fundum per praeceptionem singulis legavit; filii, quum universa bona patris obligata essent, mutua accepta pecunia (5) hereditario creditori solverunt, et posteriori obligaverunt; qui, quum ei debitum non solveretur, praedia universa lege pignoris uni ex heredibus vendidit; quaeritur, an, quum iste filius ex causa emtionis ea possideat, fratribus et coheredibus fideicommissi petitio esset, an vero ea perempta esset, quum communiter universa sequenti creditori obligaverint. Respondi, actionem quidem fideicommissi in personam competentem omnibus invicem manere; non autem fideicommissum restituendum est, nisi prius debitum ab iis emtori, eidemque coheredi persolveretur.

§ 5.—Filiae fidei commissit in haec verba: «peto a te, filia mea, ut dotalem cautionem post mortem meam mutes, et ita renoves, ut fratres tui dotem stipulentur (6) hoc casu, ut, si sine liberis, uno pluribusve, in matrimonio morieris, dos ad eos perveniat»; post mortem patris decessit maritus, antequam renovaretur cautio dotalis, et postea alii nupta decessit nullo liberorum relicto, vivo adhuc Titio uno ex fratribus; quaesitum est, an Titius petitionem haberet rerum, quae in dote (7) fuerant. Respondi, posse fideicommissum ab heredibus sororis peti, si per eam stetit, quominus dotem frater stipularetur.

§ 6.—Fillum et filiam heredes instituit, et libertis legata dedit, eorumque fidei commissit in haec verba: «a vobis peto, ut, quidquid vobis legavi, (8) contenti sitis viventes, ut post vos filiis meis restituatis»; defuncta testatrix filia, Maevia, libertus

tioso; se preguntó, si, conforme á las antedichas palabras conseguirían los herederos de Lucrecio Pacato el fideicomiso ofreciendo los mil áureos. Respondi, que, según lo que se exponía, no era la voluntad que se restituyesen todas las cosas habiéndose dado los mil áureos, sino que se debía hacer el ofrecimiento de la estimación, que habían tenido las cosas al tiempo de la muerte.

§ 2.—Uno legó así á Seyo, á quien lo había substituido al heredero: «quiero, que, si yo no tuviere heredero, se den á Seyo y á Marcela, su mujer, quin-ce libras de plata»; preguntó, si, habiendo quedado Seyo heredero, se le deberá á Marcela la mitad del legado. Respondi, que, según lo que se exponía, se le debía.

§ 3.—Lucio Ticio, estando para morir intestado, teniendo mujer y una hija emancipada habida de ella, insertó estas palabras en los codicilos: «mas les pertenecen estos codicilos á mi mujer y á mi hija; pero ruego primeramente, que os trateis como os tratasteis viviendo yo; y así os ruego, que tengais en común ó todo lo que yo os dejare, ó lo que vos otras mismas teneis»; la hija recibió la posesión de bienes de su padre intestado; se pregunta, si por la hija se le debería á la madre por causa de fideicomiso alguna parte de la herencia de Lucio Ticio, y cual. Respondi, que, según lo que se exponía, se le debía la mitad, si la mujer estuviera dispuesta á aportar en común sus bienes.

§ 4.—Uno instituyó herederos por partes iguales á cuatro hijos, y á cada uno le prelegó un fundo; los hijos, hallándose obligados todos los bienes del padre, le pagaron al acreedor de la herencia con dinero recibido en mútuo, y los obligaron á favor del acreedor posterior; el cual, como no se le pagase la deuda, vendió por ley de prenda todos los predios á uno de los herederos; se pregunta, si poseyéndolos este hijo por causa de compra, tendrían sus hermanos y coherederos acción para pedir el fideicomiso, ó si se habría extinguido esta, porque en común se hayan obligado al segundo acreedor. Respondi, que verdaderamente la acción del fideicomiso, que compete contra la persona, subsiste mútuamente para todos; pero no se ha de restituir el fideicomiso, si antes no se le pagase por ellos la deuda al comprador y también coheredero.

§ 5.—Uno encomendó á su hija un fideicomiso en estos términos: «te pido, hija mía, que después de mi muerte cambies la caución dotal, y la renueves de modo que tus hermanos estipulen la dote para este caso, para que, si murieses en el matrimonio, sin uno ó más hijos, vaya la dote á poder de ellos»; falleció el marido después de la muerte del padre, antes que se renovase la caución dotal, y habiéndose casado ella después con otro falleció no habiendo dejado ningún hijo, viviendo todavía Ticio, uno de los hermanos; se preguntó, si tendría Ticio acción para pedir los bienes, que habian sido de la dote. Respondi, que se les podía pedir el fideicomiso á los herederos de la hermana, si en ella consistió que el hermano no estipulase la dote.

§ 6.—Una instituyó herederos á su hijo y á su hija, dió legados á los libertos, y les encomendó á estos un fideicomiso en estos términos: «os pido que mientras vivais esteis contentos con lo que os he legado, y que después lo restituyais á mis hi-

(1) mille, *Hal. Vulg.*
 (2) obligationem, *la Vulg.*
 (3) autem, *omitela Hal.*
 (4) autem, *omitela Hal.*

(5) mutua acceptam pecuniam, *la Vulg.*
 (6) *Hal.*; stipularentur, *el códice Fl.*
 (7) *Hal. Vulg.*; in dotem, *el códice Fl.*
 (8) *eo, inserta Hal.*